



JOHANN
FRIEDRICH
VETUSTIORA
ADAM
PAULUS WESSNER

SCHOLIA
IN IUVENALEM
VETUSTIORA

COLLEGIT RECENSUIT ILLUSTRAVIT

PAULUS WESSNER



LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXXI

BEST.-NR. 1941

(In: Bibliotheca scriptorum

hæreticorum et Romanorum

pentemiana.)

*



31, 34. 187.

1931 IA 1518

LIPSLAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

446,5

VXORI
CARISSIMAE
SACRVM

a*

LEONHARD
CASSIUS
BACH

PRAEFATIO

Veterum in Iuvenalem scholiorum editionem integram Ottoni Iahn debemus, viro hac quoque re de satirici poetae opere meritissimo. Cui editioni cum praefatio addita non esset, praefatione demum editionis minoris, quae XVII annis post provenit, patefactum est, quibus subsidiis editor in scholiis recensendis et emendandis usus esset (v. ed. a. 1868 p. 7). Sed illa subsidia (de quibus v. § 2) omni fide digna non erant, ut vel hac de causa nova recensione opus esse videretur, cuius instituendae qui consilium ceperat Rudolphus Beer (cf. Stud. Vindob. VI 297 sqq., VII 311 sqq.), rem prospero successu inchoatam reliquit imperfectam. Forte Fortuna accidit, ut non solum eorum scholiorum, quae Iahn edidit, novum testem quamvis mutilatum nancisceremur (quo de item v. § 2), sed etiam publici iuris fierent commentarii fragmenta cum illis scholiis magna necessitate coniuncta, aetate vero isdem superiora (v. § 1). Praeterea in dies magis comprobatum est, quod iam dudum viri docti his studiis dediti suspicati erant, reliquias vetustioris commenti etiam inter illa scholia exstare, quae maximam partem e doctorum Carolinorum officina prodierunt et iniuria, ut videtur, Cornuti nescio cuius nomine vulgo ornantur (v. § 4 et 5). Adde quod Iahnii editio res tam rara facta est, ut nisi nimio pretio comparari non possit. Haec omnia qui consideraverit, satis gravem causam esse novae editionis curandae vix negabit. Sed rem latius patere in promptu est: nam sicut in aliis auctoribus, quorum opera antiquis commentariis instructa sunt, ita etiam in Iuvenale scholiorum rationem habeat necesse est, qui satirarum fata melius cognoscere et ad pristinam textus formam quam proxime

accedere volet. Qua de causa non vana spes est futurum satirarum editorem ex nova scholiorum editione aliquid lucri esse capturum (cf. U. Knoche, 'Die Überlieferung I.s', Berol. 1926 p. 15 sq. et inpr. 61 sqq.).

§ 1. DE SCHOLIIS BOBIENSIBUS

'*Codici Frontonis Bobiensi [Vaticano 5750] Φ* inter alia folia antiquissima rescripta insertum est unum satirarum Persi et Iuvenalis (pp. 63. 64. 77. 78) litteris capitalibus rusticis, fortasse saeculo IV, exaratum. Versibus Iuvenalis in margine adiecta sunt scholia saeculo VI litteris uncialibus, non nihil cursivis et inclinatis' (Ehrle et Liebaert, *Specimina cod. latinorum Vatic.*, Bonnae 1912, p. XIV ad spec. 6 d). Fuit autem olim folium quaternionis externum, cuius prior pars — nunc enim inversum est — continet p. 77 Iuv. s. XIV 323 — XV 17, p. 78 XV 18—43, posterior p. 63 Pers. s. I 53—78, p. 64 I 79—104, unde suo iure Goetz (*Ind. schol. Ien.* 1884 p. III sq.) conclusit in vetere illo libro, ad quem folium pertinebat, Persium non, ut in recentioribus fere codicibus, priorem obtinuisse locum, sed posteriorem. Sed ut ipsa satirarum fragmenta hic missa faciamus, eis quae supra exscripsi hoc unum addendum videtur exstare etiam hic illic glossas inter lineas adscriptas ab eadem manu, quae scholia in marginibus exaravit.

Post Angelum Mai, qui primus de hoc satirarum fragmento egit (*Class. Auct. III*, Romae 1831, p. XVIII), et Guilelmum N. Du Rieu, qui has schedas accuratius tractavit (*Schedae Vatic.*, Leiden 1860, p. 127 sqq.), Goetz (l. c.) et poetarum versus et scholia ex Loewii apographo publici iuris fecit, item F. Nougaret in '*Mélanges offerts à L. Havet*', Paris. 1909, 313 sqq. Specimen paginae 78 arte phototypica confectum proposuerunt Zangemeister et Wattenbach, *Exempl. cod. lat. tab. V* (1876); praeterea satis exiguam eiusdem paginae particulam habes apud Ehrle-Liebaert tab. 6 d.

Lemmate carent scholia ad XIV 327 et 329 (nisi verba *Si panditur ultra* et *Narcissus* lemmatis vice funguntur) et glossae interlineares ad XV 14 et 25; reliquis adnotationibus lemmata praefixa sunt (etiam eis quae inter lineas adscriptae sunt ad XV 28 et 29!), quorum ultima verba solito more initialibus litteris indicata sunt ad XV 5 et 13. Cum satirarum textu non semper consentiunt lemmata: ad XIV 326 *fac tertia quadringenta*: [†]*fac se stersia quadringena* (scholion ad *sume duos equites* pertinet!); XV 16 [†]*et mendax aretologus: ut m-arithologus* (schol. ad *in mare nemo hunc abicit* spectat!); XV 19 *vel concurrentia saxa*: [†]*aut concs-*; XV 25 *de corcyrea* [†]*temecum: corcereia . . . temetus*; at consentiunt in falsis lectionibus ad XV 28 *coptae* (pro *Copti*) et 35 *umbos* (pro *Ombos*). Ad versum XV 5 adnotatur *quidam 'dimidium' legunt ad 'Memnona' referentes*: textus habet *dimidio*, sed *Memnona*, lemma scholii *dimidio* et *m.*, et scholiasta *dimidio Memnone* explicat *id est aperto et diviso* = schol. Pith. Translata sunt igitur haec scholia — paucis fortasse glossulis quae postea accesserunt exceptis — ex alio codice pertinentque ad idem commentum, cuius excerpta et in Pithoeanis et in aliis scholiis exstant: qua in re non neglegendum videtur ad XV 3 adnotationem codicis L ad verbum consentire cum fine scholii Bobiensis, Pithoeani autem scholii formam aliquantum discrepare ab illis et retractationis prae se ferre speciem (cf. e. g. scholia ad XIV 328, ubi Bob. *cum in crucem tollendus esset*, Pith. *intentum iugulo patris gladium cum vidisset*). Quamquam num Bobiensia excerpta pristinam servaverint scholiorum formam, non minus dubium est.

De vulgari, ne dicam barbarica 'orthographia' scholiorum (quae etiam in Persii et Iuvenalis textu similis apparet) in universum ad Goetzii et Nougareti apographa relego; notabilis est assibilatio in *aegyptios narrasio mensiatur sentensia sestersia*.

§ 2. DE SCHOLIIS PITHOEANIS

Scholiorum Pithoeanorum, quae nostrae quoque editioni fundamentum sunt, testes manuscripti exstant praecipui codices Montepessulanus et Sangallensis, quibus accedunt fragmenta Aroviensia et excerpta florilegii, quod eodem illo Sangallensi continetur.

1. *Codex Montepessulanus* bibliothecae medicae (H) nr. 125 s. IX (P) foliorum 80 formae paene quadratae (0,292 × 0,268 m), quae decem efficiunt quaterniones, inde a fol. 1 v. (antecedens folium numero non insignitum antiqua scriptura vacat) usque ad fol. 13 r. Persium continet, a fol. 13 v. usque ad fol. 79 v. Iuvenalem ita, ut una quaeque pagina 29 versus exhibeat. Primae illius poetae satirae praefixus est (fol. 2 r.) titulus satis mirus THEBAIDORUM PERSII SATURA, qui repetitur in summis paginis. De variis libri manuscripti fati edocemur compluribus adnotationibus, quae diversis locis adpictae sunt. Oriundus est igitur e clarissimo 'Scī Nazarii Martiris XPI' monasterio, quod erat in oppidulo 'Laurisheim' (Lorsch), unde circa a. 1460 migravit in bibliothecam comitis Palatini Heidelbergensem; ibi eum inspexit 'Mathias (sc. Widmann de Kemnat a.) 1464'. Centum fere annis post — utrum dono acceptus an fraude subreptus, incertum — in manus Pithoeorum venit, quorum alter et nomen suum ('P. Pithou') hic illic adscripsit et codice usus est in paranda satirarum scholiorumque editione, quae a. 1581 Parisiis prodiit; ab eodem adnotatus esse videtur annorum numerus 'MDLXXIII'. Post Petri mortem (a. 1596) codex cum hereditate fratris Francisci a. 1617 receptus est in bibliothecam 'Collegii Oratorii Trecensis', inde revolutionis quae dicitur Franco-gallicae temporibus in bibliothecam publicam Trecensem ('Bibliothèque de l'École centrale') traductus postremam sedem nactus est Montepessulae ('École de médecine').¹⁾

1) Cf. Stephan, De Pith. in Iuv. scholiis 3 sqq.; Beer, Spicil. Iuv. 9 sqq.; Gottlieb, Eranos 1893, 145; Traube, 'Vorles. u. Abh.' I 9 sqq.; Lehmann, 'Quell. u. Unters. z. lat. Philol. d.

Imaginem scripturae exhibent Chatelain, 'Paléogr. des class. lat.', tab. 127 (fol. 41 r. = VI 603—631) et Beer, Spicil. Iuv. (fol. 13 v. = I 1—29).

Eadem manus, quae Persii et Iuvenalis carmina scripsit, ad illius poetae satiras secundam et tertiam admodum pauca scholia adiecit (quae Stephan p. 14 sq. composuit), eorum autem foliorum, quae Iuvenalem continent, margines satis amplo commentario implevit. Aliquanto post alia manus ($p = P^2$) scholia diversi generis inculcavit, plurima ad primam satiram, ad ceteras paucissima, quae cum a vetustioribus seiungenda cognovisset, Pithoeus lineis traductis reiecit. Ab eodem vero, cui haec additamenta debentur, verba poetae saepissime mutata et glossis inter lineas positis illustrata sunt; idem in membrana codici subiecta duas poetae vitas — et ipsas scholiis et glossis instructas — conscripsit, quarum prior eadem est, quam Valla e Probo suo protulit, posterior incipit sic *Iuvenalis iste Aquinates fuit et verbis ita tristitia et angore perit* clauditur (cf. § 7).

Scholia vetustiora, de quibus hic agitur, posteriore demum aetate ab homine admodum stolido lemmatibus ornata esse iamdudum est cognitum, comprobatur autem his argumentis: saepissime alia poetae verba exhibentur, alia in scholiis explicantur, neque solum integris adnotationibus lemma praefixum est, verum etiam scholiorum particulis, quin etiam vetus satirae quartae titulus suo lemmate instructus est! Neque minus mirum quod scholiis, quae in sinistris foliorum marginibus scripta sunt in Montepessulano, plerumque (non semper!) poetae verba praeposita sunt ex initiis versuum desumpta, eis quae in dexteris leguntur, versuum exitus lemmatum loco adiecti sunt (rarissime in superiore vel inferiore margine scholia scripta sunt). Hanc tam stupidam rationem non illi, qui in Laurishemensi scriptorio codicem satis eleganter exaravit, imputandam esse, cum aliis rebus confirmatur, tum inde

Mittelalt.' IV 1, 133 sqq.; Lindsay, Palaeogr. lat. III 25; Catal. génér. des manusc. des biblioth. publ. des départements I 330 sq.

statim apparet, quod reliqui qui huc pertinent testes prorsus eandem prae se ferunt speciem. Itaque omissa interim hac quaestione id unum hic moneam extremas persaepe lemmatum partes ita esse contractas, ut solae vel verborum vel syllabarum litterae initiales punctis (interdum male) distinctae pingerentur (velut. *e. d. b.* pro *et debilitate*, *p. n. t. g.* pro *perone tegi*, *b. n. p.* pro *buxo nares que pilosas* sim.), interpretationes autem a lemmatibus modo puncto interiecto, modo adposito signo quodam apostropho quam dicimus persimili (?) esse separatas.

2. *Fragmenta Aroviensia* (Q), quae nunc in archio urbis Aroviae ('Aarau') asservantur, olim pertinebant ad codicem Iuvenalis s. X scriptum (fol. 0,290 × 0,268 m), quem foedissime dilaceraverunt sacerdotes capellani diversarum fraternitatum ('S. Sebastiani mris', 'Scti Severi', 'Sctorum mrrum Crispini et Crispiniani'), ut involucra inde facerent tabellarum. Rettulerunt de his schedis vel schedulis Wirz (Herm. XV 437 sqq.) et Beer (Spicil. 25 sqq.). Exstant autem fragmenta haec:

- a) superior pars folii, pagina recta continens Iuvenalis versus II 148—155, pagina versa III 6—13,
- b) folium integrum, p. r. III 35—63, p. v. III 64—92,
- c) alterum folium integrum, p. r. VI 136—164, p. v. VI 165—193,
- d) tertium folium integrum, p. r. VI 252—280, p. v. VI 281—310 continens, cui adhaeret
- e) pars folii interior, p. r. initia versuum VI 311—339, p. v. exitus versuum VI 340—368 exhibens,
- f) item interior pars folii, cum folio c cohaerens, in qua leguntur p. r. initia versuum VI 427—455, p. v. exitus versuum VI 456—484,
- g) interior pars folii, in qua exstant p. r. VII 57—85 absque ultimis, p. v. VII 86—114 absque primis versuum partibus; adhaeret
- h) quartum folium integrum p. r. VII 115—143, p. v. 144—172 continens.

Quae distributio versuum cum accuratissime concinat cum ea quae in Montepessulano exstat, dubium esse non potest, quin codex Aroviensis olim prorsus eodem modo compositus fuerit, quo liber Laurishemensis: 'Mira haec utriusque libri similitudo multo magis etiam conspicitur ex ratione scholiorum adpingendorum, quae in utroque exemplari tanto opere convenit, ut non solum scholia ipsa singulis foliis exarata accurate sibi respondeant . . . , sed etiam anxie servetur scholii cuiusque sedes' (Beer 29). Profecto nisi in minutiis **Q** a **P** non differt: crebrioribus usus est qui illum confecit compendiis, lemmata ab interpretationibus saepius puncto cum virgula (!) distinxit etc.

Scholia in **Q** quoque idem scripsit qui poetae verba, in quibus corrigendis aliam manum versatam esse facile cognoscitur, post quam tertia admodum recens glossulas inter lineas adiecit; sed hae tantum ad VI 136—132 inveniuntur.

3. *Codex Sangallensis nr. 870* (olim D 476) s. IX (**S**) foliorum 163 (0,180 × 0,135 m), cuius specimen exhibet Chatelain l. c. tab. 129 (p. 78 et 79 = scholia ad s. III 190—214), continet haec (v. Stephan 17 sqq.):

- a) p. 6—31 versus 459 ex variis omnium fere aetatum poetis Latinis depromptos;
- b) p. 31—37 scholia quaedam Iuvenaliana, quibus sub finem intermixta sunt scholia Persiana et versus partesque versuum atque singula vocabula ex utriusque poetae satiris petita;
- c) p. 38—39 scholia Persiana;
- d) p. 40—326 integrum in Iuvenalem commentarium continua scholiorum serie nullis intervallis scriptum, cuius in calce legitur **EXPLICIT GLOSULA IN IUVENALEM POETAM.**

Distinguendae sunt in hac quarta codicis parte amplissima tres manus, quarum quid unicuique debeatur Stephan (p. 18) accurate enotavit. Accessit illis quarta manus, quae plurimis locis menda sustulit, ordinem scholiorum haud raro signis quibusdam adpictis (" ' , ././ , ::, ÷ ÷) sive

litterulis adiectis mutavit, omissa scholia tantum non omnia in margine supplevit; interdum hic corrector, quem apographon cum fonte manuscripto satis diligenter contulisse apparet, suo fretus ingenio textum emendare conatus est. Lemmata scholorum in **S** eodem fere modo atque in **PQ** scripta sunt neque deest hic illic virgula, quam in **P** post finem lemmatis saepius adiectam commemoravimus. Differunt autem hi tres libri eo, quod qui Sangallensem exaraverunt multo crebrius compendiis et ligaturis usi sunt; quo in genere notandae sunt litterae vocales *a* et *i* consonantibus *m* et *n* saepe subiunctae (cf. tab. ap. Chatel.).

4. *Excerpta Sangallensia* (Σ) eiusdem codicis nr. 870 efficiunt partem secundam p. 31—37. Qui haec scholia Iuvenaliana, de quibus v. Stephan 18 sqq., conscripsit, sine dubio eodem usus est exemplari, ad quod continuum commentum redit. Idem valet de aliis glossis et scholiis Iuvenalianis, quae in prima parte versibus poetae adiuncta sunt, cf. Stephan, Mus. Rhen. XL 271 sqq. Quod leves nonnullae apparent differentiae, hoc quin excerptoris arbitrio imputandum sit, vix potest dubitari. Haud parvi autem momenti est, quod scholia Persiana, quae in prioribus codicis Sangallensis partibus reperiuntur, accurate iis respondent, quae Montepessulanus exhibet a prima manu adscripta. Redeunt igitur ad codicem Persii et Iuvenalis satiras scholiis instructas continentem, qui codex et versuum florilegio insertorum et scholorum Iuvenalianorum in unum compositorum (**S**) communis fons fuit.

Ac re vera continuum illud commentum ex scholiis marginalibus libri satiras ipsas continentis corrasum esse apertissime indicant errores librariorum, qui cum ab altera margine ad alteram identidem oculis migrarent, non solum multas adnotationes praeterierunt, sed etiam a iusto versuum ordine, quem sibi sequendum proposuerant, delapsi sunt: quos errores a correctore maximam partem sublatos esse iam monuimus. Deducimur autem ut his erroribus, ita multis aliis rebus ad eam opinionem, ut exemplar codicis Sangallensis libro Laurishemensi (item

Aroviensi) sicut ovum ovo fuisse simillimum existimemus. Velut in **P** scholion primum ad IV 37 *Flaviae gentis* — *Domitianus* scholio ad v. 9 antepositum legitur deprompto ex hoc ipso versu lemmate: prorsus eadem res in **S**. Ad II 92 sqq. haec habemus in **P** scholia: in mg. dextera 99 *Tibicina* — *lapide*, in mg. sin. 92 *Cecropiam* — *necatus est*, in mg. d. 92 *Cotyton* — *celebrari*, 95 *Ille* — *drillopotas*, 97 *Galbina* — *rasa*, in mg. sin. 98 *Et per* — *tuam*, in mg. d. 99 *Ille tenet* — *Othonis*; sequitur 'Subnotatio huius retro scripta est u ≡ ue (pro: ubi) palma', cuius palmae signum et hic et ad scholion *Tibicina* etc. adpictum est: in **S** eundem habes scholiorum ordinem, eandem adnotationem, signum autem a librario, quippe cum non intellexeret quid sibi vellet, omissum est. Sed haec sufficient.

Exstitisse olim in bibliotheca monasterii Sangallensis talem librum manuscriptum, qualem codicis **S** fontem fuisse sumamus necesse est, Kolbii catalogo a. 1759 confecto edocemur. Ibi enim (II p. 390) haec adnotantur: 'D. n. 304 Persii Flacci Auli Satyrae Thebaidarum (!) cum optimis notis marginalibus et interlinearibus in 4^{to} membr., seculi circiter decimi' et paulo infra (p. 398) 'Iidem libri Iuvenalis cum notis ferme perpetuis in codice D. n. 304 antiquissimo et membranaceo seculo etiam X^{mo} circiter exarato'. Quem librum 'antiquissimum' quominus pro archetypo codicis 870 habeamus, neque iudicium de aetate admodum incertum obstare videtur neque ea, quae de scholiis et glossis Persianis adnotantur, impedimento sunt, quia, ut recte monuit Stephan (p. 22 adn. 1), posteriore demum tempore additae esse possunt illae adnotationes, sicut in Montepessulano quoque non solum ad Iuvenalis, verum etiam ad Persii satiras (v. Stephan p. 15) ad scholia primae manus accesserunt recentiora itemque glossae interlineares. Ceterum non praeteream Iahnii observationem (Proleg. ad Pers. CCXII sq.), qui ex eo quod codex a Kolbio antiquo tantum numero notatus est, non novo, quo tunc omnes coenobii Sangallensis codices insigniti sunt, recte mea quidem sententia conclusit, Kol-

bium ipsum codicem iam non vidisse, sed ex vetustiore catalogo ea quae profert recepisse. Neque illud silentio praetereundum mihi videtur, in catalogo quodam saeculi noni sub numero 314 (!) legi 'Persii et Iuvenalis I', quem catalogum bibliothecae Sangallensi tribuit Becker (Catal. bibl. ant. p. 35), alii ad Constantiensem, alii ad Augiensem bibliothecam pertinere sibi persuaserunt (v. Becker l. c. et Manitius, Hist. litt. lat. medii aevi II p. 796). Sed utut haec se habent, hoc quidem dubitari minime potest, quin omnia, quae codice Sangallensi 870 continentur, quoad ad Persium et Iuvenalem spectant, ex antiquiore libro desumpta sint, cuius formam externam fideliter repraesentant et codex Laurishemensis et schedae Arovienses. De necessitudine, quae inter **P** et **Q** intercedit, recte iam Wirz (l. c. 442) statuit Aroviensem ex Montepessulano non esse derivatum, quam sententiam quamvis invitus comprobavit Beer (Spicil. 30 sqq.), suoque iure Leo (edit. 1910 p. XX) gemellos illos fuisse contendit. Quae cum ita sint, ad unum idemque exemplar archetypum π referendi sunt et Sangallensis et Laurishemensis et Aroviensis, quibus accedit quartus codex Parisinus lat. 8072 (**R**, = **B** Leonis; Latiniacensis ['St. Furcy, Lagny s. Marne'] Pithoei) s. X, qui Iuvenalis satiras usque ad VI 437 continet¹⁾ scholiisque caret; quem tamen ex codice scholiis instructo transcriptum esse docet illud *egeum*, quod librarius pro corrupta lectione archetypi *ignium* (*IONIUM* > *IGNIUM*) ex scholio ad VI 94 adscripto in antecedenti versu substituit.²⁾

Proximum est, ut de codice π quid enucleari potuerit,

1) Sc. fol. 94—113; alius Iuv. codex paulo recentior fol. 1—47 occupat (desinit s. XIV 39), quem sequuntur Persius fol. 40—59 et Horatius fol. 60—92 (= **e** ap. Kellerum).

2) Aliis quoque locis librarium Parisini 'emendantem' deprehendimus: IV 8 pro *maius* (sic **PS** pro *malus*!) scripsit *magis*; IV 144 pro *exibere* **PS** (pro *exire*!) correxit *adhibere*; VI 285 ante *crimine* (ubi **PQ** a omiserunt) addidit *de*, sim.; V 98 lectionem archetypi *captatorem ad* (pro *captator emat*; lemma scholii *captator em.*) servavit, **P** ad omisit. Cf. Append. ad VI 264; 329; 348, 3.

quam brevissime exponamus. Ac primum quidem si ipsarum satirarum (idem valere de Persio, idem de Iuvenale moneo) contextum respicimus, ingentem corruptelarum multitudinem invenimus, quarum duo distinguenda sunt genera: pars enim sine dubio referenda est ad exemplar vetustius *II*, quod ut suis propriis lectionibus praeditum erat haudquaquam spernendis, ita mendis non minus obnoxium fuit quam codex Bobiensis aliique libri vetustissimi; multo autem maior pars inde repetenda est, quod qui satiras ex *II* libri scriptura maiuscula atque continua in minusculam quae dicitur transtulit, saepissime peccavit. Etenim litteras similes inter se commutavit, alias male sive coniunxit sive distinxit, ultimas verborum finitimorum syllabas alteram alteri assimilavit, tertiae verbi personae secundam, secundae tertiam substituit, in orthographicis denique rebus satis incertum atque inconstantem se prae-buit: quae omnia si consideramus, fieri non potest quin librarium illum non modo hebetis ingenii, verum etiam linguae Latinae paene ignarum fuisse censeamus (cf. Beer, Spicil. 13 sqq.; Leo edit. p. XVIII adn. 1 et XXII adn. 2). Non aliter res se habet in scholiis: conferas velim III 184 *tempore suo vilem pro temporis nobilem*, 221 *persico socii pro persicos odi*, 317 *meliori deae pro mulio redae*, VI 132 *obsceno modo rem pro obscenum odorem*, 587 *prae caelo cum algestione pro prece locum adgestione*, X 50 *a veritate pro abderita*, XV 107 *homines tum esse pro honestum esset sim*. At in hac operis parte quadamtenus excusatur librarius ille; nam ex comparatione scholiorum Bobiensium verisimile fit iam in codice *II*, quem transcripsit, adnotationum textum vario mendorum genere fuisse inquinatum; inprimis autem cursivam qua in scholiis adpingendis olim utebantur scripturam ligaturis abundantem peccandi occasionem dedisse plurimam in propatulo est.

Qua aetate confectus sit codex π ut definiamus, ansam quandam praebet codex Sangallensis **S**, qui, scripturae genus si respicias, vix medio saeculo nono inferior esse videtur, unde sequitur librum π priori fere eiusdem saeculi

parti esse attribuendum. Quod haud scio an ea re quodammodo comprobetur, quod in apographis creberrima cognoscitur commutatio litterarum *u* et *a*, quae ad apertam huius litterae formam, qua etiam librarius codicis **S** saepius utitur, referri potest.

Iam vero ad rem maioris momenti pergamus. Lemmata scholiis praefixa qui cum ipsius poetae textu, qualis in **P¹** (**Q R**) exstat, comparaverit, satis miram inveniet convenientiam: prorsus eaedem hic atque illic conspiciuntur corruptelae. Quarum pars cum nisi ex maiuscula et continua archetypi **II** scriptura repeti non possit, velut illud *Inunget pro I nunc et VI 306 et X 310*, necessario concludendum est lemmata in **II** nondum exstitisse¹⁾, sed in π demum ex satirarum textu iam transcripto desumpta scholiis esse anteposita. Qua in re librarius iterum talem se praebuit, qualem iam cognovimus: utrum poetae verba, quae selegit, ad interpretationes quadrarent necne, minime curans fere semper eam versus particulam adscripsit, iuxta quem adnotatio in margine codicis **II** sive sinistra sive dextera posita erat. Atque cum in **II** nonnumquam unum scholium propter spatii angustias ni fallor in duas margines distributum esset²⁾, haudquaquam singulis partibus proprium lemma praefigere dubitavit (cf. e. g. **II** 125; **III** 108; **VI** 359; **XI** 28). Sic etiam facillime explicatur, quomodo factum sit, ut nonnulla scholia (cf. e. g. **II** 99, 1) a suo loco remota pro lemmate iusto versus prorsus alieni particulam acciperent: erant nimirum in superiore vel inferiore paginae margine posita in archetypo **II**, a librario autem codicis π lemmate ex proximo versu deprompto ornata sunt. Adeo vero stulte rem egit, ut etiam titulum quartae satirae *De convivio Domitiani et de piscium (pro piscis) magnitudine* in antiquo exemplari

1) Paucissima iam in **II** exstiterunt ex alio codice recepta, sed ita scholiis inmixta, ut eorum natura non appareret, cf. Beer, Stud. Vindob. VII 318.

2) Nonnumquam talis scholorum dilaceratio ad vetustius exemplar videtur redire.

adnotationibus circumdatum inter scholia codici *II* adscripta reciperet (cf. App. cr. et Append. ad IV 1). Neque solum in marginibus archetypi *II* interpretationes invenit, sed etiam inter lineas: inde glossulae cum lemmate ex medio versu desumpto, velut ad VI 203; 227; 243, 1; 401, 1; al. Ad hoc genus pertinent etiam variae quaedam lectiones: ita illud *colle*, quod in *II* ad vocem *valle* versus s. II 133 supra scriptum erat, in contextum codicis π recepit auctumque versus exitum lemmatis loco adnotationi *ad invidiam dixit 'in valle'* adiecit; adde VII 4 *in alio 'Gabiis'*, IX 28 *in alio 'pingues'* cum glossa, XVI 23 *in alio 'Mutinensi'* cum glossa, sim. Quis autem fuit ille 'alius' scilicet liber Iuvenalis? Is opinor, ex quo scholia olim translata sunt in codicem *II*; nam dudum cognitum est ea non ab initio ad explicandum talem textum destinata fuisse, qualem π vel *II* exhibent. Iam glossula *funibus* ad XII 68 adscripta aperte docet non *vestibus* exponi sed *restibus*, etsi illud lemma in scholiis praefixum legitur. Ad VIII 93 (2) scholium habemus, quo *Capitonem et Tutorem 'piratas Cilicum'* fuisse contenditur, at **P** offert *et Capito et Numitor* et idem glossae 93 (1) *spoliatores sociorum* lemmatis loco additum est. Similia exstant I 155, ubi adnotatio (3) ad lectiones *lucetis* et *guttore* pertinet, **P** *lucetis* et *pectore* praebet; VII 60, ubi scholii verba *insanire pauper non potest* etc. ad *sana paupertas* spectant, **P** *maesta p.* exhibet; VI 238 scholii *metuit* ad *pavet* referendum est, in **P** est *silet*; IX 46 scholiasta non legit *quam dominum*, ut habet **P**, sed *non dominum*; XV 46 ille fortasse non *turba*, quod legitur in **P**, agnoscit, sed *ripa*. His locis commentatorem ab alia textus Iuvenaliani quae dicitur recensione pendere apparet, ea scilicet, quae littera ω designari solet. Quamquam non desunt quae scholiastam contra ω cum **P** facere doceant vel docere videantur: velut IV 147 *Chattis* respicit, non *Gethis*¹⁾; VI 385 *Appi*, non *alti*; VI 490

1) In schol. χ adnotatur *Gethae sunt Gothi populi. in quibusdam enim (=autem) codicibus 'Gratis' legitur: Gratae sunt autem Scothi.* Illud *Gratis* ad *GRATIS* pro *CHATIS* videtur redire.

B. T. Scholia in Iuv. vet. rec. Wessner [1941]

b

disponit, non componit. Sed has recensiois ω lectiones, si revera recensiois illius propriae sunt, ex glossis in textum receptis ortas esse veri simile est, sicut etiam in \mathbf{P} (π) pristinae lectioni interdum glossa substituta invenitur, e. g. VI 159 *nudo pede* pro *mero pede*. Nihil igitur obstat quominus scholia ex alterius recensiois libro in codicem \mathbf{II} translata esse sumamus. Accedit aliud: etenim in π — atque idem de \mathbf{II} valere consentaneum est — Iuvenalis satirae in universum integrae erant, sicut nunc in codice \mathbf{P} ; at scholia deerant ad V 172, 173 et sextae satirae initium, ad VII 129—158, ad XVI 46—60, quae si in \mathbf{II} exstitissent, libri π librarius qua erat sedulitate vix neglexisset. Comprehendunt autem illae quas ultimas indicavi commentarii lacunae altera bis 15, altera 15 versus, tertia vero lacuna, si glossulas ad VI 7, 20, 22 inter lineas adscriptas fuisse concedas, hausti sunt 2 + 24 versus, quibus si addis 4 versus subscriptionem primi et titulum secundi libri continentis, efficiuntur 30 = bis 15 versus. Casui ut hoc tribuam, a me impetrare non possum; immo sic mihi res explicanda videtur esse: scriptura ultimae paginae illius antiqui codicis, ex quo scholia in \mathbf{II} transcripta sunt, adeo detrita erat, ut dignosci iam non posset; illae vero lacunae, quae spatium duarum paginarum assequuntur, inde ortae sunt, quod aut duo folia exciderunt aut librarius bis duas paginas sibi adversas, sinistram scilicet et dexteram, negligentia transiit. Sed ut res se habet, opinionem de aliena scholorum origine lacunis illis quodammodo comprobari mihi quidem persuasum est.

Scholia in codice π , quem satis fideliter depinxerunt librarii apographorum, saepenumero misere perturbata, dilacerata, contaminata fuisse ex editione nostra facillime cognosci potest. Quodsi indolem eius, qui veterem librum \mathbf{II} transcripsit, animo respicimus, fieri non potest quin eandem commenti condicionem iam in archetypo codice fuisse statuamus. Perturbatio autem illa si non ubique, attamen permultis locis inde repetenda est, quod ad vetustiores adnotationes per temporum decursum aliae

adscriptae sunt: quod iam in illo Iuvenalis codice factum esse videtur, ex quo scholia in librum *II* traducta sunt. Nam, ut exemplum afferam, scholium illud ad IV 37 (1) *Flaviae gentis — Domitianus*, quod in π scholio ad v. 9 inculcatum est sive antepositum, in *II* accessisse ideo non potest, quod etiam alibi (v. Suppl. ad v. 9) invenitur nullo modo ex ipso *II* derivatum. Alia in Appendice editionis suo quaeque loco adnotata invenies.

Qui perpetuum codicis Sangallensis 870 commentum conscripsit, is ex libro π etiam satirarum inscriptiones transtulit has: II) *DE PHISOPHIS* (!) *OBSCenis*, III) *DE UMBRICIO*, IV) *DE PISCIS MAGNITUDE*, V) in mg. <cap̄.> *De scenis* (!) *contumeliosis*, VIII) *DE CLARITATE NATALIU*, IX) in mg. <cap̄.> *Qrela de rege impudico*, XI) *DE ĀPAR VICT'*, in mg. <cap̄.>, XII) in mg. <cap̄.> *DE Reditu catilini*, XIV) in mg. <cap̄.> *DE INStitutionibus*, XV) *DE RELIGIONIB; EGYPTI*, XVI) in mg. *DE FELICITATE MILITV.*; praeterea adnotavit VI) *INCIP LIB II*, VII) *INCIP DE TTIO LIBRO*, X) *DE LIBRO. IIII. SAT. IVV.*, XIII) *DE LIB QUINTO IVVEÆ* (!). Hic quoque illum et negligentia et arbitrio usum esse deprehendimus, nam satirarum inscriptiones VII X omisit totas, satirarum IX XI ex parte; pro titulo satirae III alium substituit breviorum. Quod ad s. XII *catilini* exhibet, idem P habuit, sed in *catulli* correxit. Haec omnia non ad scholia ipsa pertinere manifestum est; quod idem cadit in illam satirae quartae inscriptionem, quam scholiis intermixtam supra commemoravimus, neque dubitari potest, quin una cum scholiis ex antiquo illo libro in codicem *II* migraverit, qui diversam satirae exhibuit inscriptionem.

Primus scholia quamvis non integra (et intermixtis 'Probianis') ex codice Laurishemensi (P) edidit Petrus Pithoeus (Paris. 1585), a qua editione pendent omnes quae ante Iahnianam prodierunt editiones. Auxit illius eclogas ex codice Sangallensi (S) apographo confisus ut videtur

b*

non satis fido D. A. G. Cramer (Hamburg. 1823), qui etiam ex Vallae Probo plura adiecit quam Pithoeus ex eo excerpterat. Cramer editionem ipso libro Sangallensi adhibito multis locis supplevit et correxit I. C. Orelli (Ind. lect. Turic. 1833). Horum copiis nititur editio, quam curaverunt C. B. Heinrich et L. Schopen (Bonn. 1839). Novam deinde editionem, in qua Probiana a scholiis in **PS** servatis segregavit, publici iuris fecit O. Iahn (Berol. 1851) collatione usus libri Montepessulani a I. V. Bertino confecta et apographo Sangallensis illo, quod iam Cramer adhibuerat. Ad Pithoei rationem excerptendi redierunt qui Iahnii editionem Persii et Iuvenalis minorem (Berol. 1868) scholiis carentem iteratis curis proposuerunt Fr. Buecheler (Berol. 1886 et 1893) et Fr. Leo (ibid. 1910), quorum ille codicis Sangallensis collatione a Chr. Stephan diligentissime facta (quae servatur in bibliotheca seminarii philologorum Bonnensis nr. 289) uti potuit, hic schedarum Aroviensium (**Q**) scholia ipse excussit.

Ipsa codicem Montepessulanum a. 1912 Ienae totum contuli atque, ut omnis dubitatio tolleretur, collationem meam a Carolo Thielo iterum cum codice conferendam curavi. Codicis Sangallensis eadem qua Buecheler usus sum collatione a Stephano instituta. Schedarum Aroviensium imagines adhibere mihi licuit photographica arte optime depictas.

§ 3. 'DE PROBO' VALLAE

Anno 1486 apud Venetos prodiit Georgii Vallae editio Iuvenalis amplis instructa commentariis. In praefatione editor cum alia tum haec scribit: 'Sane comperti mihi sunt nuper Probi grammatici in Iuvenalem commentarii quantum adhuc audiverim nulli alii cogniti, sed mirae brevitatis, alioquin tamen perquam opportunos aliquando se nobis obtulerunt: obtulissent vero sese adhuc magis, nisi nobis singula rimantibus codicis nimium cariosa invidisset vetustas et si in omnes libros comperti habeantur,

qui vix tertii libri secundam attigere satyram. Invigilavimus vero ipsi, si modo id consequi potuimus, ut omnis huius poetae pateret eruditio; Probi interpretamenta cuiusmodi ea fuerunt, quae plane perexigua sunt, ne in minima quidem parte subtraximus aut inmutavimus... Sed de Iuvenale ipso iam a principio Probi verbis, dein paucis quid sentiam ipse subnectens dicere aggredior'. Sequitur vita poetae '*Iunius Iuvenalis libertini locupletis — angore ac taedio periit*' (v. § 7), ad quam Valla, ubi de exilio poetae agit, his verbis nos revocat 'qui potuit igitur aut propter Paridem quem perstrinxerit Domitiano invisus esse aut ab eo in exilium mitti, ut summotus ab urbe perierit, velut Probus, ut iam diximus, putavit?' Denique ad s. VIII 198 Valla haec adnotat 'Hic nos iam deserit Probus nec ultra hunc locum quantum ad me pervenerit interpretatus est quicquam'.

Quid de Vallae asseveratione iudicandum sit negantis se Probi interpretamenta ne in minima quidem parte subtraxisse aut inmutavisse, optime intellegitur ex Stephani diligentissima inquisitione (p. 26 sqq.), qui quae investigavit his comprehendit verbis (p. 31): 'rarissime integra scholiastae verba adfert; solet vero Probi interpretamenta aut verbis aut verborum ordine inmutatis, aliis omissis, aliis additis, contaminando detrahendo interpolando ita reformare, ut saepissime sui prorsus dissimilia evaserint' et (p. 30) 'magnus autem eorum locorum est numerus... quibus tacite Valla Probum in usum suum convertit', quin interdum (ad s. I 35) 'sibi adscribit quae Probi sunt, cum dicit «ut mea fert opinio»' (p. 32). Saepissime synonyma substituit, enuntiata ad grammaticae regulas correxit, propria nomina ab auctore ut paene adsolet falso posita rectis commutavit, adnotationes commenti sui ex aliis auctoribus vel supplevit vel locupletavit. Sed ne nimium editori horum scholiorum principi imputemus: haud parum enim excusationis habet cum in more criticorum suae aetatis, qui fere prompti erant ad difficultates coniectura atque arbitrio tollendas, tum in miserrima persaepe, ne

dicam desperata, textus condicione, qualem ut scholia alia via nobis tradita exhibent, ita Probi commentarios exhibuisse putandum est: e. g. cf. scholia ad s. II 161! Iam vero quod Valla plurimis locis Probi adnotationes sive integras sive mutatas fonte non indicato profert, hinc quoddam nascitur periculum, ne praeter ea quae Pithoeanis respondent scholiis nimis multa Probi commento adscribamus. Quamquam ubi editor talia adnotat, qualia nisi ex fonte suo nullo modo haurire potuit, velut Statii De bello Germanico (ad s. IV 94) aut Sulpiciae (ad s. VI 531) versus, res satis certa est. Neque tamen desperandum est, cum aliunde praesto sit auxilium, scholia dico illa, quae aut in codicibus **LZ** hic illic adscripta aut in medii aevi commentarios φ et χ recepta sunt, de quibus infra disputabitur (§ 4 et 5). Hic sufficiat monuisse versum Ennianum, quem Valla ad s. VII 134 ex Probo affert, etiam in **L** reperiri, Ciceronis autem locum ex Corneliana desumptum, quem et scholia Pithoeana laudant et **L** exhibet, in Vallae quoque adnotatione ad s. VII 118 proferri nomine Probi non adscripto. Quae cum ita sint, veri simile mihi non videtur esse, quod Stephan olim Strackium (p. 5) secutus coniecerat (p. 70 sq.), in Vallae codice, similiter atque in Montepessulano factum est, ab altera manu scholiis vetustis additas esse adnotationes e recentioribus commentariis depromptas; immo praeferenda est eiusdem v. d. sententia quamquam dubitanter prolata, qua ex eodem antiquo fonte et Probi scholia et quae cum his consentiunt aliorum codicum excerpta fluxisse suspicatur.

Quis fuerit ille Probus, cuius nomine inscriptum fuisse vetustum commentum a Valla adhibitum vix est quod dubitemus, non constat. De Berytio grammatico non esse cogitandum iam docti Itali intellexerunt, velut Angelus Politianus (Miscell. XXXIII, cf. Sabbadini, 'Le scoperte dei codici' 169), cum temporum ratio non conveniat: quo accedit, quod Iuvenalis satiras ante saeculum quartum commentariis instructas non esse certis evinci potest argumentis (cf. § 8), quibus item refellitur Vollmeri coniectura

(PW.X 1049) Iuvenalis commentum ad illum Probum referentis, qui sub finem tertii saeculi (cf. Barwick, Herm. LIV 422; LVII 409) Instituta artium (GL IV 47 sqq.) satis miro stilo conscripsit. Nomen auctoris ex vita Persii, quae 'de commentario Probi Valerii sublata' esse traditur, ad scholia Persiana indeque ad scholia Iuvenaliana translatum esse, quippe cum iam antiquitus utriusque poetae satirae uno codice comprehendi solitae essent, Iahnii (Proleg. ad Pers. CLVII) est explicatio multis accepta neque improbabilis. Ceterum iam in codice Urbinati U s. XI a manu aequaeva (?) commentario χ adscriptum est 'PROBUS' (f. 62 r.). Praeterea a Domitio Calderino in commentario satirarum a. 1474 Romae edito ad Iuv. I 158 adnotatio profertur 'ex libello Probi grammatici' de Tigillino, quam repetivit Mancinellus (Venetiis 1492): v. Suppl. ad l. c. et Append.

§ 4. DE SCHOLIIS $\varphi\chi$

Recentiorum quae in plurimis Iuvenalis codicibus reperiuntur scholiorum non una eademque est forma, sed duae potissimum distingui posse mihi visae sunt recensiones in libris dumtaxat ante duodecimum saeculum scriptis. Quae recensiones etsi saepissime inter se plane consentiunt, tamen permultis locis in diversas abeunt partes: aut enim eorum scholiorum, quae iis sunt communia, species addendo omittendo varioque transformandi genere mutata est aut aliae adnotationes aliis substitutae sunt aut denique in altera exhibentur scholia quae in altera desiderantur. Harum vero recensionum, quas litteris φ et χ designari placuit, admodum pauci inveniuntur testes puri et integri; saepenumero enim plus minus inter se miscentur, in nonnullis autem codicibus aut excerpuntur tantum aut excerpta interpretationibus alienae originis contaminantur.

Ad recensionem φ pertinent:

1. Cod. *Leid. Voss. Q. 18* s. X (V) fol. 90, quorum fol. 1 r.—68 r. Iuvenalis, fol. 69 r.—90 r. Persii satirae occu-

pant copiosissimis scholiis et glossis instructae. Deest unum folium inter 57 et 58, quod continebat Iuv. s. XIII 169—224. Iuvenalis vita desideratur, Persii (fol. 90 r. et v.) non integra est. Scholiorum partes publici iuris fecerunt van Gigch (s. VIII), Schopen (s. III), Stephan, Hoehler (s. I, VI, VII, XII, XIV, XVI). Ipse codicem totum excussi Ienae a. 1895.

2. Cod. *Leid. Voss. F. 64* s. X (B) fol. 61. Continet Iuvenalis satiras exceptis versibus XI 1—XIII 122, qui erant in quaternione septimo nunc deperdito. Scholia et glossae exstant ad s. I 1—III 38, V 26—X 161, XIII 121—152. Initio libri leguntur poetae vitae I^a et III^a adiectis scholiis et glossis. Specimen exstat apud Chatel. tab. 130 (fol. 28 r. = VI 605—631). Ceterum idem valet quod ad Voss. 18 adnotavi.

3. Cod. *Paris. 8070* s. X (D, Iahnii d; 'cod. Fauchetii' ap. Achaintre II p. 34) fol. 141, post 'glossas super Iuv.' fo. 17 r.—124 r. continens Iuvenalis satiras, quas antecedunt vitae I^a et III^a, comitantur scholia et glossae (fol. 131 r.—141 v. Persii sat. exstant). Specimen exhibet Chatelain tab. 131 (fol. 63 r. = s. VI 647—VII 2), aliquot scholia Achaintre l. c. p. 80 sqq. De libri aetate cf. Beer, *Spicil.* 37.

4. Cod. *Vindob. 131* s. X ex. (olim 'Liber Sancti Nicolai in Bruwyler' prope Colon. Agripp.) fol. 101, post Persium inde a fol. 15 v. Iuvenalem continens, quorum satiris praeter glossas scholia adiuncta sunt. Iuvenalis vita desideratur. Specimen exhibet Chatelain tab. 131 (fol. 37 r. = V 162—VI 5). Nonnulla scholia proposuit Hoehler (s. I, XII), alia R. Kauer et U. Knoche benigne mecum communicaverunt.

Recensionis χ testes mihi innotuerunt hi:

5. Cod. *Paris. 9345* (olim Cluniacensis: cf. carmen in abbatem Hugonem a. 1109 vita defunctum, quod legitur fol. 1 r.; saec. XV Erphesfurti servatus: cf. f. 163 v. [v. Chatel.]) s. XI (H), qui post Horatium (v. Kelleri ed. II p. LXVI) et Persium fol. 105 sqq. habet Iuvenalem,

quem sequuntur Serviolus et Terentius. Scholiorum discernenda sunt tria genera: a) ad I 36—VI 280 man. s. XI = χ , b) ad I 1—35 et VI 338—381 man. s. XII vel XIII = φ , c) ad VI 381—XIII 101 man. s. XV. In fol. 162 legitur vita I^a a manu, cui scholia φ debentur, scripta. Specimen dedit Chatelain tab. 135 (fol. 129 v. = s. VI 691—VII 10, cum Epicarpium et Exuperantii subscriptione; scholia et glossae ad manum c pertinent). Scholiorum exiguum numerum protulit Hoehler (s. I, VI) eodem usus apographo, quod O. Keller confecit mihi liberaliter dono dedit.

6. Cod. *Vatic. Urbin. 661* s. XI (U) fol. 135, quorum 2 r.—60 r. Iuvenalis satiras cum scholiis et glossis continent, 62 r.—134 r. commentum continuum (χ) ad I 1—VIII 227 et XI 1—62, ut videtur (scriptura ultimae paginae deleta est). In fol. 62 r. marg. sup. legitur a manu coeava(?) *PROBUS*, a manu s. XV *Probi expositione In Sat. 1*. Duae huius codicis partes, quod ad rem attinet, non inter se cohaerent; priori praefixae sunt (fol. 1 v. et 2 r.) vitae poetae I^a, II^b, III^c. Liberalitati bibliothecae Vaticanae praefecti exemplar integrum photographica arte depictum debeo.

7. Cod. *Londin. Mus. Brit. Add. 30861* (ol. Constantiensis) s. XI. Iuvenalem (non integrum) exhibet cum glossis et scholiis. Specimen exstat in 'New Palaeogr. Society' Ser. I Vol. II tab. 211 (fol. 31 r. = V 146—161 et fol. 52 v. = VI 658—VII 10).

8. Cod. *Sangall. 871* (olim D. 236) s. X (X; b Ia hñii), fol. 85. Continet Iuvenalis satiras omnes, sed ultima ante paenultimam posita, sicut etiam codd. Einsidlensis, *Vatic. 2810*, alii. Scholia extant ad I 1—III 16 et X 267—XIV 194 (quatern. 2—7 [= s. III 25—X 256] s. XI exarati sunt); praeterea adnotatio ad XVI 1 pertinens initio satirae XV addita est. Poetae vita deest. Paucissima scholia exhibet Hoehler (s. I, XII), specimen exstat apud Chatel. tab. 133 (pag. 18 = s. III 1—24); ego omnia ex codice Ienam transmisso descripsi.

9. Cod. *Einsidl.* 34 s. X ex. (Y) fol. 98, ex quibus 25—98 Iuvenalem habent glossis ornatum, cui in marginibus addita sunt scholia continua serie scripta. Specimen praebet Chatelain tab. 130 (fol. 26 r. = s. II 1—13).

10. Cod. *Vatic.* 2810 s. X/XI fol. 67. De hoc libro certiore me fecit Knoche, cui etiam notitiam scholiorum ad VI 655—VIII 22 pertinentium debeo. Leguntur in codice vitae Iuvenalis II^b et III^c.

11. Cod. *Monac.* 408 s. XI (A), fol. 86, Iuvenalis satiras cum scholiis exhibens, quibus subiectae sunt (fol. 81 v.—82 v.) vitae tres I^a, II^b, III^c, additis ineptis vocis satirae et nominum poetae explicationibus (v. Hoehler I p. 9 adn.); sequuntur (fol. 83 r.—86 v.) Columbani monosticha. Scholia nonnulla, quae olim descripserat, benigne mihi commodavit C. Hosius; ipse codicem in bibliotheca Monacensi inspexi.

Mixti generis, ita tamen ut qui priores afferuntur, ad recensionem φ propius accedere videantur, libri sunt hi:

12. Cod. *Laur.* 34, 42 s. XI (K; Iahnii a, Hosii et Perreti R, Leonis L), fol. 74, quibus continentur Iuvenalis satirae usque ad XVI 33. Praeit vita poetae I^a. Scholia et glossas duae manus addiderunt, altera ei quae satiras exaravit coeva, altera recentior (s. XIV vel XV). Specimen exhibet Chatelain tab. 134 (fol. 20 v. = s. VI 1—21, cum Nicaei subscriptione). De hoc libro comiter me edocuerunt E. Rostagno et U. Knoche; cf. etiam I. L. Perret, 'La transmission du texte de Iuv.', Helsinki 1927, p. 7.

13. Cod. *Vatic. Urbin.* 342 s. X ex. fol. 78. Continet Iuvenalis satiras cum scholiis et glossis. Antecedunt vitae I^a et III^a, sequuntur (fol. 77 r.) Ovidii *Metamorph.* fragmenta (v. Hosius, *Mus. Rhen.* XLVI 291) s. XI addita. Praeter pauca, quae Hosio debeo, scholia ad VI 653—VIII 28 ut examinare possem, Knochii benevolentia factum est, qui etiam alia meum in usum enotavit.

14. Cod. *Vindob.* 277 *miscell.* fol. 73, quorum 1—40 commentario in Iuvenalis satiras occupantur s. X conscripto, sed non integro: pertinet enim tantummodo ad

s. I—IV et VI 32—217. Poetae vitae exstant eaedem atque in Urbinati 342, adiectis quae adici solebant interpretationibus. Pauca excerpit Hoehler (s. I, VI), quibus alia per litteras addidit Knoche.

15. Cod. *Vatic. Palat. 1701* s. X fol. 70. Satirae Iuvenalis a duobus manibus scriptae scholiis et glossis non illustrantur nisi ad v. I 1—II 22 et XVI 50—60. In calce libri leguntur vitae Iuvenalis I^a et III^a. Scholiorum specimina Knoche mihi comparavit.

16. Cod. *Guelferb. Gud. 156* (olim 'fratris Reyneri de Capella') s. XI fol. 58, quibus continentur Iuvenalis vitae II^b et III^a et satirae scholiis glossisque instructae. Nonnulla de hoc libro per litteras mecum communicavit O. de Heinemann; cf. 'Leipz. Literaturzeitung' 1830 p. 2192 sq.

17. Cod. *Bruxell. 9973* s. XI fol. 80, continens Iuvenalis satiras usque ad XIV 196 cum scholiis et glossis. Vitas non habet. De hoc codice eiusque scholiis liberaliter me edocuit I. van den Theyn. Commemorat hunc librum Achaintre II p. 41 ('e Belgio' n. 263). Oehlerii excerptis usus est K. F. Hermann (Ind. schol. Gotting. 1849).

18. Cod. *Vatic. Regin. 2029* ('cod. Alexandrinus' Achaintre II 39) s. X/XI fol. 63. Iuvenalis exhibet vitas I^a et II^b et satiras (XVI ante XV) cum scholiis et glossis; accedit Persii prooemium (fol. 63 v.). Vel ex scholiorum speciminibus, quae Achaintre l. c. p. 83 sqq. proposuit, scholia saepe libere tractata alienisque interpretationibus aucta esse cognoscitur, quod comprobari videtur eis scholiis, quae per Knochium mihi innotuerunt, imprimis ad s. VI 631—VIII 31.

19. Cod. *Laur. Marc. 234* s. XI fol. 51. Ex iis quae mihi Knoche descripsit scholiis apparet hunc librum modo cum φ modo cum χ facere, saepius autem propriam vendere doctrinam, quod etiam ex paraphrasi vitae III^a apparet. Ultimam satiram paenultimo loco habet.

20. Cod. *Leid. bibl. publ. 82* s. XI (L) fol. 87. Post Persium sequitur inde a fol. 14 v. Iuvenalis, cuius satiras scholia et glossae comitantur, quae sub finem operis

rarescunt, interdum omnino desunt, velut scholia ad X 298—XI 131, glossae ad XV 113 sqq. Vita poetae II^b legitur fol. 14 v., adiecta similiter atque in aliis libris interpretatione tituli (*satira, Decimi, Iunii*). Scholiorum quatuor genera discerni possunt: nonnulla cum recensione φ consentiunt, plura cum χ , alia necessitudine quadam coniunguntur cum Pithoeanis scholiis et Vallae Probo, alia denique aliunde mihi cognita non sunt. Specimen exhibet Chatelain tab. 134 (fol. 45 r. = s. VI 640—VII 4, cum Nicaei subscriptione). Codicem adhibuerunt van Gigch (p. 9 sq.), Schopen (s. III), Stephan, Hosius (p. 95 sqq.). Ipse totum excussi Ienae et Ieverae.

21 Cod. *Londin. Mus. Brit. Addit. 15600* s. IX/X (Z) fol. 125. Iuvenalis satiris, quas antecedit vita poetae I^a, addita sunt usque ad X 183 praeter glossas scholia, quae partim ex recensione φ excerpta sunt, partim quam proxime ad scholia Leidensi 82 propria accedunt; nonnulla Londiniensi peculiaria sunt. Specimina exhibent Chatelain tab. 129 (fol. 56 v. et 57 r. = s. VI 661—VII 27) et Catal. manuscript. antiquorum Musei Britannici II Latin. tab. 59 (fol. 71 r. = s. VIII 222—237). De hoc libro egit W. G. C. Wagner, qui copiam scholiorum et glossarum dissertationi suae (*De deter. Iuv. cod. memoria, Traiecti ad Rhen. 1902*) inseruit.

Accedunt scholia, quae ab altera manu s. IX/X (p) in codicem Montepessulanum P translata sunt; haec scholia, quorum pars in marginibus inter scholia vetusta legitur, pars supra versus adscripta est, initio recensionem φ sequuntur, deinceps magis ad χ vergunt.

De rationibus quae inter singulos libros vel recensiones illas intercedunt amplius disputare cum ab hoc loco alienum sit, monuisse satis habeo de communi scholiorum φ χ origine dubitationem esse nullam: redeunt enim ad scholas, quas Heiricus Autissiodorensis, Lupi Ferrariensis abbatis discipulus, de Iuvenalis satiris habuit, sicut docet notissima illa ad IX 37 adnotatio *unus pes deest versui Graeco, quem magister Heiricus scire non potuit*. Hanc plenam exhibent recensionis φ codices **VBD** Vind. 131, quibus accedunt

Urb. 342 et Laur. Marc. cum libris recentioris aetatis (velut Vatic. Palat. 1706 s. XII, Ambros. R 54 sup. s. XII, Bern. 223 s. XV); ultimam partem *quem* — *potuit* omittunt \mathbf{K} Brux., in recensione χ tota deesse videtur. Qui vero ad hanc pertinent codices in scholio ad I 78 inserunt haec *unde in Vita Sancti Germani legitur 'cessit praetexta togae'*: scilicet Heiricus in carmine suo I 98 (Poet. lat. aevi Carol. III 441) scripsit *'cedebat praetexta togae'*, quae verba ipse isdem fere verbis interpretatus est, quae ad Iuvenalis versum in $\varphi\chi$ adnotata videmus. Eodem spectat aliud scholium recensione χ , quod exstat ad I 44 *Lugdunum dicitur quasi lucis dunum (lucidum dunum L) id est lucis (lucidus L) mons*; cf. Heiricus IV 297 (l. c. 483) *'Lugduno celebrant Gallorum famine nomen Impositum quondam, quod sit mons lucidus idem'*; sequitur in χ scholium recensione φ in brevius coactum. Habemus igitur Heirici magistri interpretationes Iuvenalis a discipulis notis exceptas¹⁾ et in commentarii formam ita quidem redactas, ut de suo quisque haud pauca adderet vel etiam suam pro magistri doctrinam substitueret. Inprimis hic de Remigio Autissiodorensi, Heirici discipulo et successore, cogitandum est, quem multorum auctorum opera commentariis illustrasse res est notissima. Profecto si quae alibi ille exposuit, cum scholiis Iuvenalianis comparamus, tanta saepenumero cognoscitur non solum rerum, sed etiam verborum congruentia, ut omnis tollatur dubitatio.²⁾ Accedit quod idem auctores in aliis

1) Hinc fortasse frequens notarum Tironianarum in codd. VBL al. usus.

2) Ut pauca afferam e multis: schol. Iuv. VIII 229 et XV 30 \cong Remig. in Don. (Comm. Einsidl., Anecd. Helv. p. 222, 3 Hagen), Comm. ad Prudent. Psychom. 359 Burn.; sch. Iuv. X 172 \cong Comm. ad Prud. Cath. III 203, X 53; sch. Iuv. II 80 \cong Rem. in Sed. c. p. p. 321, 23 Huem.; sch. Iuv. XVI 60 \cong Rem. in Sed. p. 349, 15, Comm. ad Prud. Psych. 195, schol. rec. ad Pers. III 30; sch. Iuv. VI 168 \cong Rem. in Sed. p. 320, 11, Rem. in Prisc. (Manitius HLMAE I 509); sch. Iuv. VI 250 \cong Comm. ad Prud. adv. Symm. II 563 (cf. ad I 266); sch. Iuv. III 125 \cong Rem. in Sed. p. 319. 29, Rem. in dist. Cat. (cf. Manitius l. c. 512).

Remigii operibus aut exscribuntur aut laudantur, idem in scholiis Iuvenalianis. De horum igitur aetate et origine iam satis constare mihi videtur.

Alia vero res multo maioris momenti est: iamdudum enim viri docti (Schopen, Progr. Bonn. 1846/7 p. 1; Schönaich, Quaest. Iuv., Hal. 1883 p. 8; Stephan p. 70) animadverterunt, recentioris 'commentarii auctorem reliquias veterum scholiorum easque haud exiguas adhibuisse' (Schönaich), quam sententiam iustissimam esse si quis Supplementa editionis nostrae cum scholiis Pithoeanis comparaverit, facillime intellet. Hic autem consensus cum ad alias res pertinet, tum ad personas Iuvenalianas, de quibus aevi Carolini interpretes sua nisi ex fonte antiquiore haurire non potuerunt. Inter alia dignum est quod commemoretur ad I 33 et in Pithoeano scholio et a Probo et in scholio φ pro *L. Iunium Silanum* exhiberi *Licinium Silanum*; ceterum tres illi testes in hoc scholio, praeterquam quod φ particulam de 'Traiani philosopho' agentem omiserunt, ad verbum fere consentiunt. Ne tamen credas Heirico sive Remigio Pithoeana scholia praesto fuisse, monet adnotatio illa ad IX 37, nam in libris recensiois π versus Graecus integer exstat; neque minus monent plurimae futes Carolinorum interpretationes, quas si alterum illud commentum ante oculos habuissent, facile vitare potuissent. Aliud addam: ad XIII 33 in scholiis π legitur *ceterum bullae qui usus aut a quo inventus fuerit, supra dictum est*, at in scholio ad V 164 'inventor' non indicatur; sed in *L* habemus *quas Tarquinius ab Etruscis oriundus invenit*, quocum consentit scholium $\varphi \chi$ *quas Tarquinius, qui Etruscus fuit, more suae patriae Romanis primus tradidit*; quae *L* et χ praeterea exhibent, cum Pithoeano scholio congruunt. Negari igitur vix potest scholia recentiora a fonte pendere, qui in singulis certe integrior erat commento Pithoeano. Fortasse huc etiam adnotationes $\varphi \chi$ ad III 14 pertinent, ubi scholia π nihil habent, etsi ad VI 542 similiter atque scholia $\varphi \chi$ ad versum illum tertiae satirae revocant (cf. Roensch, Collect.

philol. 249 sqq.; at vide Append. ad l.) Etiam adnotatio illa ad I 49 de Mario Prisco et Plinio Secundo, quae exstat in scholiis φ , haud scio an ex antiquo scholio petita sit, quamquam Plinianas epistulas Carolini aevi viris doctis notas fuisse non ignoro (cf. Einharti epist. ad Lupum Mon. Germ. Epist. VI 10, 6). Sed licet de singulis rebus dubitari possit, universa tamen res certa est: usi sunt recentiorum commentorum auctores codice aliquo Iuvenaliano, cui scholia adscripta erant excerpta ex eodem vetusto commentario, ad quem et Vallae Probus et scholia Pithoeana redeunt.

§ 5. DE SCHOLIIS LZ

Supra cum de codicibus Leidensi 82 *L* et Londiniensi referrem (§ 4 n. 20 et 21), iam indicavi scholia quaedam cum Pithoeanis artiore vinculo coniuncta esse. Quod ad librum *Z* attinet, diversas manus distingui posse Wagner (l. c. 25) refert, quarum una ex alio codice varias lectiones intulit. Quodsi idem adnotat in decima satira ad versum 183 varias lectiones aequae atque omnia scholia et glossas deficere indeque concludit utriusque manus — nam diversis tribuere videtur varias illas lectiones et adnotationes adscriptas — fontem eodem fere loco glossarum et scholiorum expertem fuisse, proximum ni fallor est de uno, non de duobus fontibus cogitare. Eorum autem scholiorum, de quibus hic agitur, pars cum Pithoeanis vel Probianis solis consentit, pars etiam in *L* exstat, qui pristinam interdum formam melius servavit quam *Z*; accedunt alia, quae nisi in *LZ* non inveniuntur. Inde apparet quam arte cohaereant fontes, ex quibus utriusque libri adnotatores hauserunt; idem autem valere de correctoribus variae lectiones utrique codici adscriptae satis comprobant, cf. Wagner p. 25 et 29. In Leidensi codice item varias manus esse versatas non difficile est ad cognoscendum, quarum uni, si quid vidi, debentur et variae lectiones et scholia, quae cum Londiniensibus maximam partem consentiunt.

A Pithoeana scholiorum recensione non pendere fontem illum, ex quo codicum *LZ* adnotationes vetustiores fluxerunt, cum alia documento sunt, tum haec: scholium ad VIII 29 in π mutilatum est, integrum servavit *L*; item ad VII 32, 1; 59; ad VI 238, III 206, VII 134 quae leguntur in *L*, ea Probianis respondent, in π vero nihil omnino adnotatur.

Sed accidit ei, qui vetera scholia in codicem *L* transtulit, simile quid atque illi, qui inscriptionem satirae quartae una cum scholiis in librum *II* transtulit: recepit enim ex fonte suo Nicaei subscriptionem scholiis videlicet intermixtam, quod optime cognosci potest ex folii 45 imagine, quam exhibet Chatelain; cf. etiam Suppl. huius editionis ad VII 1. Ex eodem vero codice vetustiore subscriptio simillima libri satirarum primi nescio qua via in Laurentianum *K* migrasse videtur, in quo antiqui commenti quantum scio excerpta propria non leguntur. Ad quam subscriptionem, ut hoc in transitu moneam, non pertinent quae in *K* antecedunt *L. F. URSEDIO POSTUMO*, pro quibus in Parisino 7906 s. X (Foerster, 'Zeitschr. f. d. österr. Gymn.' XXVII 258; = 'vet. cod. Cadure.' Pithoei?) legitur *LEURSEDIO Postumo*: primae litterae in 'lege feliciter' explicandae esse videntur, reliqua ex satirae v. 38, 42 et 21, 28 petita maleque coniuncta scholiastarum ($\varphi \chi$) ineptias redolent, qui contendunt 'invehere poetam in quendam Postumum Ursidium (Lentulum ex v. 80 adiungunt φ : cf. Append. ad VI 1)'. Fortasse ex fonte vetusto etiam inscriptio satirae VII 'De sterilitate studiorum' ad v. 17 adnotata a scholiasta Leidensi, inter v. 16 et 17 inserta in Londiniensi (item in Paris 7906 et Vatic. Regin. 2029) desumpta est; eadem in *P* quoque, etsi iam supra v. 1 legitur, ad v. 17 in margine iteratur, eandem quodammodo respiciunt Leid. Voss. *V* et Laur. *K* (v. Hosius p. 21; Perret p. 33). Sed haec hactenus, ne in alienam invadere videar provinciam.

§ 6. DE GLOSSIS IUVENALIANIS

Iuvenalis satiras iam antiquis temporibus instructas fuisse glossis quae dicuntur interlinearibus testimonio sunt cum folium Bobiense (v. § 1) et excerpta codicis olim Bobiensis, pridem Vindobonensis 16, nunc Neapolitani s. VII/VIII (v. G L VII 541 sqq.), tum scholia Pithoeana et ipse textus satirarum hic illic glossis receptis corruptus; eorum autem librorum, qui hodie in bibliothecis asservantur, admodum pauci talibus adnotationibus omnino carere videntur. Sicut scholiorum, ita etiam glossarum diversa genera distingui possunt, quae tamen saepe plus minus inter se mixta vel contaminata inveniuntur. Velut codices **VB** suas proprias glossas habent (φ), multae earum in codicis **U** parte priore (ψ) apparent, ubi aliae haud paucae exstant, quae cum glossis codicis Leidensis **L** consentiunt. Praeterea in codicibus singulares quoque glossas exhiberi in hoc genere adnotationum tam levi tamque variabili mirum non est. Quae modo in universum dicta sunt, haec etiam in eas glossas cadunt, quibus manus posterior (**p**) in codice Montepessulano **P** poetae satiras uberrime illustravit. Hae enim glossae, quas littera μ designari placuit, saepius misere corruptae partim cum glossis φ faciunt, partim cum $L\psi$, partim denique aliunde mihi quidem non innotuerunt. Descripsit eas publicique iuris fecit E. Lommatzsch (Quaest. Iuven., Lips. 1896), qui in disputatione praemissa etsi multa recte observavit, tamen suppellectili sua satis exili nimium fretus haud raro erravit. Sed de singulis rebus disceptare cum huius loci non sit, hoc unum monuisse sufficiat glossas, quae in codicibus nostris leguntur, saepius, quam primo obtutu apparet, propius a veterum scholiorum memoria abesse, quod ex Supplemento huius editionis facile cognosci potest. Itaque veri non prorsus dissimile videtur partem quidem earum non medio demum aevo, sed superioribus temporibus satiris esse adpictam, deinde a Carolinae aetatis librariis receptam et, ut fieri solebat, ex alio libro in alium esse translata. Inde

B. T. Scholla in Iuv. vet. rec. Wessner [1941]

c

potissimum factum est, ut interdum glossa ad aliam pertineret lectionem, quam cui adscripta est. Velut s. II 30 in **PRW** legitur *revocabat*, in reliquis (si recentiores omittis) omnibus *revocarar*, quod etiam corrector Montepessulani effecit; at ubique adiecta est interpretatio *amovebat*, et hanc invenerunt ad quos scholia $\varphi \chi$ redeunt: sic enim adnotant *leges . . . ipse Claudius 'revocabat' id est amovebat etc.*

De glossis Iuvenalianis, quas H. Keil (Ind. schol. Hal. 1876) ex codice Parisino 7730 s. X edidit (κ), Goetz (C Gl L V 652 sqq.) iterum typis expressit, satis habeo ad C Gl L I 382 sqq. relegare, ubi eas ex codice Iuvenalis corrasas et, cum fere omnes cum glossis $\varphi \chi \psi \mu$ consentiant, pluris quam par erat olim aestimatas esse demonstravi. Item post ea quae l. c. 388 exposui de ceteris glossariis Iuvenalianis verba facere supersedeo. Hoc unum silentio non transeam in codice Vatic. Reginensi 215 glossam inveniri (C Gl L V 584, 12) cum scholio φL ad Iuv. VI 573 plane congruentem neque alia deesse, quae ad eadem scholia recentiora referri possint: scriptus est autem ille codex anno 876 vel 877, id est eodem tempore, quo Heiricus diem supremum videtur obiisse.

§ 7. DE IUVENALIS VITIS

Poetae vitas aliquot congesserunt O. Iahn (ed. 1851 p. 386 sqq.) et I. Dürr ('Das Leben Juvenals', Progr. Ulm. 1888); quae in codicibus ante saeculum XII reperiuntur, eas supra (§ 2 et 4) indicavi. Abiciendae sunt vita II I. = I^b D., quam Henninius confinxit, II^a D. posteriore medio aevo elaborata (in codd. s. XII—XV), II^c et II^d D. (in singulis codd. s. XV), III I. = III^b D., quae item Henninii temeritati debetur, III^d D., quae P. Scriverii est, IV I. = V D. incertae originis et fidei valde suspectae, V et VI I. = IV D. (e codd. s. XV protractae). Haec ultima — revera enim una est — quoniam diu fumum fecit, non alienum videtur monere ea, quae de Iuvenale prae-

fecto contra Scotos misso ibi narrantur, petita esse ex scholio χ (U, Vatic. 2810) ad v. VII 93, quod ex codice Brit. bibl. reg. 15 B XVIII s. XI exscripsit Oehler, repetivit Dürr p. 26; est autem scholium φ (usque ad *donet*: sic pro *daret* codd.) auctum additamento, quod ingenium sapit monachorum Scotorum, quibus Heiricus et Remigius magistris usi sunt.

Restant igitur quae aliqua consideratione dignae sint vitae I I. = I^a D., VII I. = II^b D., III^a et III^c D. Quas qui accurate inter se comparaverit, facere non poterit, quin II^b, III^a, III^c ex I^a derivatas esse concedat; non enim differunt illae ab hac et inter se nisi ineptiis quibusdam plane commenticiis (cf. Buecheler, ed. 1893 p. 234). Videntur autem hae vitae derivatae quodammodo cum scholiorum recensione cohaerere, nam III^a invenitur in libris, quae aut recensione φ sunt aut propius ad eam accedunt (B D p, Pal. 1701, Urb. 342, Vind. 277), II^b in eis, quae ad rec. χ pertinent (U A L, Reg. 2029, Vatic. 2810), adiecta interdum vita III^c, cum vita I^a aut sola extet (H K Z) aut cum aliis coniuncta (B D p Pal 1701, Urb. 342; U A Vind. 277; Reg. 2029).

Hanc autem vitam omnium sine dubio antiquissimam, quam Valla apud Probum suum se invenisse testatur, vetusto nescio quo codice servatam ad Carolini aevi doctos pervenisse non videtur esse incredibile. Inprimis animadvertendum est carere eam recentiorum vitarum hario-lationibus poetam Claudii Neronis aetati attribuentium. Deinde consensus quidam inter vitam et scholia π , quod ad exsilium eiusque causam attinet, negari non potest: cf. sch. π ad I 1, quod — balbutiente sane lingua confectum — vitae munere fungitur, item sch. ad IV 37, 4, quamquam hic diversa causa profertur, quam alios attulisse Valla quoque testatur, nec non sch. ad VII 92, 2 ($\varphi \chi = \pi$). Opinionem autem illam de poetae supplicio iam medio quinto saeculo viguisse docet Sidonius Apollinaris (carm. IX 272 sqq.), cui alter testis decem fere lustris recentior accedit Ioannes Malalas (Chron. X p. 341 Chilm.) quem

exscripsit Suidas s. v. *Ἰουβενάλιος*; quodsi chronographus tradit *βασιλεὺς (Δομετιανὸς) ἐξώρισε τὸν αὐτὸν Ἰουβενάλιον τὸν ποιητὴν ἐν Πενταπόλει ἐπὶ τὴν Λιβύην*; hoc nihil miri habet, quippe cum Antiochensi illa regio 'extrema' vel 'ultima Aegypti pars' videri debuerit, sicut Oasis Romano. Unde fortasse colligi potest primitus nihil amplius traditum fuisse, quam quod in vita, de qua hic agitur, memoriae proditum videmus. Quae de Iuvenale libertini filio vel alumno et de poeta octogenario proferuntur, ea unde habeat vitae auctor, non liquet; reliqua vero non minus quam opinionem de poeta 'per honorem militiae' in Aegyptum relegato ex ipsis satiris elicitam inanique cogitatione depictam esse mihi quidem videtur veri simillimum. Sed quomodocumque de hac re iudicas, vel propter errores manifestos dubitari non potest, quin vita illa posteriore demum aetate conficta sit ab homine semidocto, cui vera et antiqua memoria iam non suppetebat. Qua de causa Buechelero eam 'circa Theodosiorum tempora' compositam esse arbitrato non habeo quod obloquar. Quamquam non ignoro Vollmeri sententiam, qui Carolinorum demum aetate ex dispersis scholiis vitam illam conflata esse mavult; sed quibusnam ex scholiis illi haurire poterint, equidem non video.

§ 8. DE VETUSTI IN IUVENALIS SATIRAS COMMENTI ORIGINE ET NATURA

Ut ea, quae adhuc exposui, comprehendam, hoc statuere posse mihi videor: habemus unius vetusti commentii excerpta varie facta atque tractata, quorum quod antiquissimum genus est folio Bobiensi servatum, ad saeculum VI pertinet; aetatis non multo inferioris esse videntur scholia π ex alio libro in codicem Iuvenalis II translata, quae, si paucas lacunas excipis, omnes satiras aequali fere modo complectuntur et quasi propriae redactionis speciem praebent. Ab hac non pendent, quippe quae hic illic pleniora sive integriora sint, illa ad s. I—VIII 198 ex-

cerpta, quae Valla Probo suo debet. Accedunt vetusti commenti reliquiae codicibus *LZ* servatae et, nisi fallor, ex libro manuscripto desumptae, qui Nicaei exhibebat subscriptionem. Denique qui post medium saeculum IX denuo commentandi susceperunt laborem — Heiricum Autissiodorensem eiusque discipulos dico —, ii quoque usi sunt codice antiquo scholiis et glossis instructo, quae ad vetustum illud commentum redeunt; ex quo codice utrum altera illa quae aetatem tulit subscriptio petita sit necne, in medio relinquam. Haec quae modo dixi excerpta in $\varphi \chi$ obvia cum Probo communem habent vitam poetae antiquissimam, unde fortasse coniciat aliquis unius quasi stirpis propagines esse et Vallae et librorum recentiorum adnotationes vetustiores.

Iam si de origine et aetate vetusti illius commenti quid censendum sit, eruere volumus, a scholiis π potissimum, ut res se habent, proficiscamur necesse est. Ac primus, quod equidem noverim, Th. Mommsen statim post scholia a Iahnio edita omnia congegit, quae ansam praebent ad aetatem vetusti commentatoris definiendam ('Zeitalter des Scholiasten J.s') = 'Ges. Schr.' VII 509 sqq.), eumque circa annum 400 satiris interpretandis operam dedisse sibi persuasit. Quae v. d. sententia, quam alii quoque post eum amplexi sunt, argumentis aliunde petitis confirmari videtur. Etenim Ammianus Marcellinus (XXVIII 4, 14) a. fere 390 haec scribit 'quidam detestantes ut venena doctrinas Iuvenalem et Marium Maximum curatiore studio legunt, nulla volumina praeter haec in profundo otio contrectantes'. Eodem spectat quod excepto Lactantio, qui ineunte saeculo IV duos Iuvenalis versus affert (Div. inst. III 29, 17), nisi sub finem eiusdem saeculi nemo quantum scimus in scriptis suis satirarum se notitiam habere prodidit; Martianus autem Capella et Macrobius verba quidem poetae adhibent, ipsum non nominant (M. C. II 119; IV 333; V 425; IX 999; Macr. III 10, 2); item Hieronymus auctore non indicato ter s. I v. 15 suum in usum convertit (v. Aem. Luebeck, H. quos noverit scriptores 198). At

Servius, Nicaei magister, non solum discipulum in emendandis satiris adiuvisse videtur (cf. subscriptionem), sed etiam in commentario suo Vergiliano, quem circa annum 400 composuit, plus septuagies versus Iuvenalianos adscripsit, quibus doctrinam suam grammaticam vel illustraret vel confirmaret (similiter res se habet de Lucano et de Statio ab antecedentibus grammaticis fere neglectis, v. PW. II. ser. II 1842 et 'Philol. Wochenschr.' 1929, 302). Haec omnia non modo cum Mommseni de scholiorum, verum etiam cum Buecheleri de vitae antiquissimae aetate sententia optime concinere nemo non videt. Quamquam exstiterunt, qui antiquius in Iuvenalem commentum eis quae ad nos venerunt scholiis subesse contenderent E. Matthias (De schol. in I., diss. phil. Hal. II [1875] 260 sqq.), F. Leo (Herm. XLIV 603 et 617), U. Knoche 'Die Überlief. Juv.s' 61 sqq. Qui cum sibi fingerent iam Hadriani aut Antoninorum aetate doctos homines neoterici poetae opus esse commentatos, non satis rationem habuisse videntur studiorum altero p. Chr. n. saeculo florentium. Neque desunt quae illi opinioni obici possint praeter ea quae supra iam exposui. Inspicias velim scholia, quibus 'de personis Iuvenalianis' agitur: tantam invenies haesitationem et ignorantiam, tot errores ridiculos atque ineptos, ut aegerrime tibi persuadeas talia prolata esse a doctis viris, qui a poetae aetate quam proxime aberant. Immo haec luculentissime ostendunt omni veteris alicuius commentarii ope atque auxilio prorsus destitutos fuisse scholiastas et quae adnotant aut ex ipsis versibus nonnumquam prave intellectis extorsisse aut ex aliis libris qui suppetebant corrasisse: quo in numero praeter Tacitum et Suetonium fuisse Pompeium Plantam et Marium Maximum, quorum opera interierunt, ipsis scholiis docemur, cum et alios nobis ignotos (velut collectiones facete ditorum et factorum memorabilium) adhibitos esse coniectura sit a rebus non aliena. Quanta autem neglegentia commentator ille nescio quis fontibus suis usus sit, vel inde cognosci potest — ut ex multis pauca afferam exempla —,

quod ad XIV 91 ea, quae Suetonius (Claud. 28) de Poside, Felice, Harpocra narrat, ad unum Posidem referuntur, et ad IV 81, ubi poeta Vibii Crispi mentionem facit, Passieni Crispi facete dictum commemoratur (ceterum v. Append. huius edit.). Sed hic quaerat fortasse quispiam, unde fluxerint veterum inprimis poetarum verba laudata nisi ex docto superioris aevi commentario. Velut Fr. Marx (Lucil., Proleg. LXI) haec scribit 'scholiasta Iuvenalis quos attulit ad poetae sui interpretationem locos Lucilianos, isti quidem ex ipso poeta certe sunt electi, non ex commentariis Persii vel Horatii neque ex florilegiis aliisque grammaticorum libris corrogati' idemque censet 'poetam (Iuv.) iam exeunte saeculo II doctos suos habuisse amatores, qui Lucilii versus et Ennii in suis exemplaribus adnotarint'. Sed cur Lactantius Lucili versus ex florilegio ethico depromere potuerit, scholiasta eam quam ad III 143 et I 106 affert sententiam non item, equidem non video; reliqua autem Luciliana ex glossario grammatico petita esse possunt, quale composuit Arruntius Celsus (v. Prisc. G L II 251, 13 '*Capis*' vasis genus . . . *Lucilius* in VIII etc.), scilicet ubi adscriptis poetae verbis explanatae erant voces *cretatus* (ad X 66), *crustula* (ad IX 5: eadem prorsus forma quae legitur Prisciani l. c.), *exodiarius* (ad III 175), *pinnirapus* (ad III 158). Idem valet de uno Enni versu (ad VII 134), qui ad vocem *stlataria* pertinet (cf. 'Philol. Wochenschr.' 1923, 572 sqq.), et de Sulpiciae versibus, qui ad confirmandam vocis *cadurcum* interpretationem laudantur (ad VI 537), de Bibaculi versu (ad VIII 16), quo iudicium de *Catina* oppido prolatum comprobatur. Similiter iudicandum videtur esse de locis Sallustii (ad VII 208), Cinnae (ad VI 155), Ovidi (ad I 5), ubi de genere vocum *crocus*, *crystallus*, *margo* agitur, quae aliquo modo ad Flavi Capri libros redire non levis est suspicio. Sereni denique versiculos (ad IV 2) ex glossa haurire potuit scholiasta, quae lemmati *ad partes* adiecta erat. Diversum fontem, Vergilianos nempe commentarios, redolent scholia ad VII 6 et VIII 29 adscripta: quae in illo exponuntur

Callimacho laudato, ad verbum redeunt apud Servium et in scholio Lemovicensi ad Ecl. X 12; de altero scholio conferas velim Servium ad Georg. I 19 et iterum scholium Lemovicense, quo illius adnotatio his verbis augetur *ut dicit Propertius vel Tibullus*: Tibullum autem testem profert scholiasta Iuvenalis, qui ab Aeli Donati commentario pendere videtur, cuius reliquiae in additiciis scholiis Vergilianis plurimae inveniuntur. Ad tertium ni fallor fontem referenda sunt, quae ex Turni satira (ad I 71) et ex Statii de bello Germanico carmine (ad IV 94) afferuntur: tam arte enim cohaerent cum illis de Lucusta et de Acilio adnotationibus, ut cum ipsis in scholia Iuvenaliana recepta esse videantur, quod idem de popularibus in Sarmentum versibus (ad V 3) valere manifestum est.


Sed ecce aliud argumentum inde petatum, quod in scholiis saepius commemoratur quid 'alii' vel 'quidam' vel 'nonnulli' senserint, quod creberrime diversae explicandi rationes proponuntur (*aut . . . aut . . . aut certe . . . sim.*), quod interdum commentator quid ipsi probabilius videretur indicavit (Matthias 263). Et recte quidem hoc observatum est; at si reputamus non pristinam commenti formam ad nos pervenisse, sed retractationes tantum, quales sexto fere saeculo circumferebantur, nimiae esse audaciae videtur illas variorum interpretationes ad vetusta commenta referre, praesertim cum haud raro sint ineptissimae. Hoc unum ex scholiis, quae leguntur ad VI 117 (*ut superius dixi*) et XIII 33 (*supra dictum est*), recte efficitur aliisque scholiis inter se cohaerentibus (v. Matthias 259 sqq.) comprobatur, unius hominis consilio ac labore omnes Iuvenalis satiras perpetuo commentario quondam fuisse instructas. Quis ille fuerit — de Nicaeo Iuvenalis editore et commentatore cogitavit Lommatzsch (390) —, ad rem nihil attinet.

Ad hoc quasi fundamentum circa a. 400 vel paulo ante comportatum magis quam exstructum per temporis decursum accesserunt varia variorum additamenta pristinis scholiis olim adiecta et in transcriptione haud raro male

intrusa, quod iam in communi scholiorum π et 'Probi' et reliquorum testium fonte saepius factum esse sunt quae suadeant; accesserunt praeterea glossae interlineares, inter quas fuisse videntur nugae illae ad res geographicas pertinentes, item variae lectiones vel supra versus vel in margine adnotatae; accesserunt denique in scholiis π glossae in codice *II* adpictae et a librario codicis π inter scholia receptae. Sic opinor exstitit ea quam nunc habemus adnotationum farrago ex altero libro Iuvenaliano in alterum translata minimeque a docto grammatico profecta, qui Alexandrinorum secutus exemplum et satirarum textum conquisitis optimis exemplaribus recensuerit et poetae opera vera doctrina sanoque iudicio usus commendando illustraverit. Satis superque hinc apparet reiciendam esse Leonis et Vollmeri sententiam (iam ab Hermanno prolata), qui optimos veterum auctorum libros optimosque ad illorum opera commentarios redire ad editionem antiquam criticis exegeticisque adnotationibus instructam contenderunt, id quod non solum in Iuvenalem cadit, cuius optimum, ut est communis opinio, exemplar *II* ab initio scholiis caruisse vidimus, sed etiam in alios poetas. Velut in Terenti codicem Bembinum s. IV/V exaratum septimo demum saeculo scholia aliunde petita similiter translata sunt atque in Iuvenalis codicem Bobiensem sexto, in Vergili Mediceum septimo saeculo. Neque aliter res se habet in Horatio, a quo profecti vv. dd. suam protulerunt sententiam (Leo, 'Gött. gel. Anz.' 1904, 849 sqq.; Vollmer, Philol. Suppl. X 313 sqq.); nam nullo modo comprobari potest archetypum illum, a quo pendent optimi qui habentur Horati codices **A B C**, scholiis fuisse ornatum, immo sunt quae doceant nono demum saeculo in exemplar, ex quo descripta est prior codicis **A** pars, translata esse (una cum subscriptione Mavortiana) 'expositionem' illam (Pseudacr. A) circa a. 500 confectam eamque non admodum doctam. Carolini vero — Heiricum eiusque discipulos dico — usi sunt exemplari Horatiano ab illo aliquantum diverso, quo cum alia servata sunt tum vita Horati Suetoniana. Sed

ad Iuvenalem ut revertamur, scholia in libris, qui a Pithoeana stirpe non pendent, obvia quatenus ad vetustum commentum redeunt, propria via ad doctos illos monachos pervenisse consentaneum est, quod idem valet de duabus subscriptionibus Nicaei et Epicarpium, quarum neutra in archetypo recensione *II* exstitit. Haec autem ipsa recensio — ut interim hac voce usitata liceat uti — e Germaniae coenobio celeberrimo ut videtur oriunda usque ad finem saeculi noni cum ea, quam Gallicam tuo iure dicas, nulla coniuncta fuisse potuit necessitudine; nam illam si novisset Heiricus, in s. IX v. 37 pedem versus Graeci, quem desiderabat, facillime invenire potuisset (v. supra § 4). At qui exeunte saeculo nono (vel ineunte decimo) Pithoeani codicis textum foedissime mutavit, glossas supra versus adpinxit, nova scholia vetustis adiecit, is copiis usus est, quas in Gallorum libris et commentariis invenit paratissimas. Simile aliquanto post codex Aroviensis, Pithoeani frater aetate minor, passus est. Quos libros qui emendare sibi visi sunt, ut id facerent sine dubio commoti sunt auctoritate, qua tunc temporis utebantur libri a doctis Gallis retractati; quae quanta fuerit, ex Horatianorum carminum fatiis, ut alia omittam, optime cognosci potest. Hinc quid concludendum sit de librorum Iuvenalianorum origine natura pretio, qui — Σ , P^1 , Q^1 , R , scholorum π lemmata si excipis — ad unum omnes mixti sunt generis (cf. Knoche, Herm. LXIII 359), aliis indagandum relinquo.

Ad postremum ut uno oculorum obtutu comprehendi possint quae adhuc disputata sunt, hanc subiciam tabulam:



Restat ut quam brevissime exponam, quo consilio ductus
 quaque ratione usus novam editionem instituerim. Ubi pri-
 mum rem adgressus sum, statim non eum esse finem laboris
 intellexi, ut Iahnium secutus scholiorum Pithoeanorum,
 qualia in codicibus traduntur, imaginem exhiberem quam
 fidelissimam, sed ut omnes vetusti commenti, quoad fieri
 posset, reliquias colligerem et componerem, adnotationum
 congeriem saepe perturbatam dissolverem atque distin-
 guerem, alium denique fontem ex alio aut supplerem aut
 corrigerem. Sed ne in unum quasi corpus omnia compri-
 merem, impedimento erat diversa scholiorum quae aetatem
 tulerunt forma et natura. Itaque nihil relinquebatur nisi
 ut seorsum proponerem scholia π, supplemento autem
 comprehenderem eas quae alia via ad nos pervenerunt
 vetusti commenti reliquias. Qua in re quod repetitiones
 evitari non potuerunt, ne singulorum testium fides ob-

scuraretur, vehementer doleo. Ad scholia φ χ quod attinet, si plures quam adhibui codices excussissem, fortasse supplemento paululum accrevisset, sed operae pretium esse visum non est. Resecui autem omnia, quae ut vetusto commento adscriberem impetrare a me non potui. Idem factum est in Vallae commentario, quod quo iure fecerim, post ea quae in § 2 exposui non est quod pluribus defendam. Lemmata scholiorum π quamvis prave saepe numero selecta abicere nolui memor eorum quae I. Vahlen (Opusc. acad. I 223 sqq.) et R. Beer (Stud. Vindob. VII 318) de hac re exposuerunt; sed ut lectoris commodo servirem, ea quae male adscripta erant a librario, seclusi cancellis quadratis [], quae vero scholiis lemmatis loco anteponi debuerunt poetae verba, ea adieci circumdata cancellis rotundis (). Isdem usus sum hic illic, ubi sententiae supplendae causa vocem (velut *dicit*) addere e re visum est. Quae scholia aliis male intrusa sunt, ea his cancellis [] circumscripsi. Praeterea signis quibusdam (| s d) additis quam accuratissime indicavi, quomodo scholia in margines codicis P (et Q, ubi exstat) distributa essent, quae res non nullius momenti est ad condicionem horum scholiorum recte perpendendam. Apparatum criticum quem vocant neque virorum doctorum coniecturis parum idoneis neque omnibus librorum erroribus onerare placuit, sed ea tantummodo enotavi, quae sive ad textum recte constituendum sive ad causas errorum melius cognoscendas aliquid valere videbantur. Quod pertinet ad res orthographicas, inprimis cavendum putavi, ne quod librarii barbari atque imperiti peccaverunt, pro altiore sapientia venditarem; sed ne quis talium rerum cultor se plane destitutum quereretur, codicum scripturam in app. cr. enotavi, ubi librarii, quod non semper accidit, inter se consentiunt. In rebus grammaticis, ut par erat, id egi, ut posterioris et vulgaris Latinitatis colorem servarem, ubi res satis certa esse videbatur; nam hic quoque periculum est, ne ultra fines vagemur. De singulis v. Appendicem, in qua non solum sermonis rationem habui plenissimam, sed etiam, ut par

erat, rerum explicationi operam dedi quam potui maximam: qua in re si quid me fugit, benivolum lectorem ut suppleat vel melius doceat oro rogoque. Indices, quos adieci uberrimos, quod ad sermonem scholiorum attinet, non esse plenissimos et moneo et doleo.

Antequam finem faciam praefandi, debitas agam gratias omnibus, qui et re et consilio benigne me adiuverunt: Georgio Goetz, Carolo Hosius, Roberto Kauer †, Ottoni Keller †, Udalrico Knoche, Friderico Leo †, Ioanni Lietzmann, Ernesto Lommatzsch, Friderico Marx, Henrico Rostagno, Remigio Sabbadini, Christophoro Stephan; deinde praefectis bibliothecarum Aroviensis, Bruxellensis, Gottingensis, Guelferbytanae, Ienensis, Laurentianae, Leidensium, Monacensis, Montepessulanae, Oldenburgensis, Sangallensis, Vaticanae, Vindobonensis; postremo societati litterarum Gottingensi, societati Germanicae de litterarum apud nos studiis fovendis et sustentandis eximie meritae, bibliopolae honestissimo atque doctissimo, quibus quod haec editio in lucem prodire potuit his temporibus, praecipue debetur.

Dabam Oldenburgi

mense Augusto anni MCMXXX.

P. W.

CODICUM TABULA

- * Φ = Cod. Vatic. 5750 (ol. Bobiensis) s. IV/V (= E Leonis).
- * $\left\{ \begin{array}{l} P = \text{Cod. Montepess. bibl. med. H 125 (ol. Laurishemensis,} \\ \text{tum Pitthoeanus) s. IX.} \\ \pi \left\{ \begin{array}{l} S = \text{Cod. Sangall. 870 (ol. D 476) s. IX.} \\ Q = \text{Cod. Arov. s. X. (= A Leonis).} \\ \Sigma = \text{Florileg. cod. Sangall. 870 s. IX (= C Leonis, Knochii).} \\ L = \text{Cod. Leid. bibl. publ. 82 s. XI.} \\ Z = \text{Cod. Londin. Mus. Brit. Add. 15600 s. IX/X.} \\ V = \text{Cod. Leid. Voss. Q. 18 s. X.} \\ \varphi \left\{ \begin{array}{l} B = \text{Cod. Leid. Voss. F. 64 s. X.} \\ D = \text{Cod. Paris. 8070 (ol. Fauchetii) s. X.} \\ \text{— Cod. Vindob. 131 (ol. Bruwyler) s. X ex.} \\ H = \text{Cod. Paris 9345 s. XI.} \\ U = \text{Cod. Vatic. Urbin. 661 s. XI.} \\ X = \text{Cod. Sangall. 871 (ol. D 236) s. X.} \\ \chi \left\{ \begin{array}{l} Y = \text{Cod. Einsidl. 34 s. X ex.} \\ A = \text{Cod. Monac. 408 s. XI.} \\ \text{— Cod. Vatic. 2810 s. X/XI.} \\ K = \text{Cod. Laur. 34, 42 s. XI (R Hosii, Perreti, L Leonis)} \\ \text{— Cod. Vindob. 277 s. X.} \\ \text{— Cod. Vatic. Urbin. 342 s. X ex.} \\ \text{— Cod. Vatic. Regin. 2029 ('Alexandrinus' Achaintri)} \\ \text{s. X/XI.} \\ \text{— Cod. Vatic. Pal. 1701 s. X.} \end{array} \right. \end{array} \right. \end{array} \right.$
- * Glossae: L = cod. Leid. b. p. 82.
- * φ = cod. Leid. Voss. Q 18 et F 64.
- * ψ = cod. Vat. Urb. 661.
- * μ = cod. Montep. H 125.
- * χ = cod. Paris. 7730 s. X (Keilii).

* = plene excussi; reliqui passim adhibiti.

SCHOLIA
IN IUVENALEM
VETUSTIORA

ALPHON
IN LEIPZIG
VSTUTS

VITA

1. (D.) Iunius Iuvenalis, libertini locupletis incertum est filius an alumnus, ad mediam fere aetatem declamavit animi magis causa quam quod scholae se aut foro praepararet. 2. deinde paucorum versuum satira non absurde composita in Paridem 5 pantomimum poetamque eius semenstribus militiolis tumentem genus scripturae industriose excoluit et tamen diu ne modico quidem auditorio quicquam committere ausus est. 3. mox magna frequentia tantoque successu bis ac ter auditus est, ut ea quoque quae prima fecerat inferciret novis scriptis (VII 90) 10

'quod non dant proceres, dabit histrio. tu Camerinos et Bareas, tu nobilium magna atria curas? praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos.'

4. erat tum in deliciis aulae histrio multique fautorum eius cottidie provehebantur. 5. venit ergo Iuvenalis in suspicionem, 15 quasi tempora figurate notasset, ac statim per honorem militiae quamquam octogenarius urbe summotus est missusque ad praefecturam cohortis in extremam partem Aegypti tendentis: id supplicii genus placuit, ut levi atque ioculari delicto par esset! verum intra brevissimum tempus angore et taedio periit 20 (v. *Append.*).

Codd. adhibiti: pHVUK, Vindob. 277, Vatic. Urb. 342; Valla] 2 DECIM sscr. VSH (ex subscr. pet.?) om. rell. est om. KH Valla 4 se U Valla, ante scholae H, post praep- Urb., om. rell. dein U et dein Valla 6 eius om. K Valla tumentem] emitantem Valla (ex con.?) 7 industrie Valla tamen] bene U tam sscr. vel bene H tamen bene K Valla ne modico] non U 8 est ante ausus p, om. Valla 9 tantoque] magnoque p ac] aut HUK Urb. Valla est om. Valla 10 scripturis HU 14 tunc Valla 16 figura Valla 17 semotus U 18 extrema p Aegypti ante partem U Valla, post tendentis pH tendentis] occid- U 20 ac Valla

I

13 v. 1^{sup.} et s *Semper ego (auditor tantum numquamne re-*
ponam vexatus totiens rauci Theseide Cordi): Iuvenalem
 aliqui Gallum propter corporis magnitudinem, aliqui Aqi-
 5 natem dicunt. ea tempora Domitiani tyranni, quibus
 etiam ipse vixit, eo quod in aula ipsius plus <hi>striones
 quam bonae vitae homines possent, graviter carpsit. hos
 autem libros in exilium missus ad civitatem ultimam
 Aegypti Ho<a>s<im> ab ipso Domitiano scripsit. ideo
 10 autem in exilium missus est, quia dixit versum illum
 (VII 90) 'quod non dant proceres, dabit <hi>strio'. nunc
 autem hoc inducit per figuras, quasi carptum se a miseris
 poetis, qui nil novum sed omnibus notas fabulas recita-
 rent, et dicit magis ideo sa<t>uram se scribere, ut possit
 15 mores illius temporis demonstrando notare. 2 1^d (*Rauci*
Theseide) Cordi: Cordus hic poeta fuit vitiosus, qui tra-
 goediam [fabulam] Thesei scripsit. 2 De quo Virgilius
 (Aen. VI 617) dixit 'sedet aeternumque sedebit infelix
 Theseus'. 3 (*Recitaverit) ille togatas:* togatae sunt co-
 20 moediae Latinae [pallia<tae> Graecae], quales Afranius
 fecit. 5 1 (*Telephus):* Telephus filius <H>eraclis et
 Auges a cerva nutritus est. 2^s [*Telephus a. s.*] p(*lena iam*

21 'Theseide' fabula vel [ut *ed.*] tragoedia de Theseo *Valla*, ...
 id est fabula Thesei vel tragoedia φ 3 'Togatas' Latinas
 comoedias, nam palliatae Graecae dicuntur *Valla (ex Probo?)*
 5 1 Telephus Auges et Herculis filius (rex Mysiae *add. φ*) a cerva
 nutritus φ *Valla; sim. L*

5 ea^o tempora s ea *secl. Schulz* 6 etiam *Pith.* erant PS¹ -at s²
 7 possent] -unt PS 9 Hoasim *Franck. Oas-Pith.* 10 ill-
 om. S 12 per fig- post se PS, *transp. Lachm.* 16 sq. traguid- P
 17 fab- om. *Pith.* 18 sed & <rektor (sscr. S)> PS 19 sq. co-
 mid- P 20 pall- Gr- post fec- *Schurzfl.* afron- PS 22 augeste P
 -ustę S, *corr. Cram.* cerva *Cram.* -o PS

marginē libri): notandum: marginem feminino genere dicit, Ovidius (Met. I 13) masculino. 6 1 *Scriptus e(t) i(n) t(ergo) n(ecdum) f(initus) O(restes)*: Aegisthus, Thyestis filius, dum Clytaemestram uxorem Agamemnonis adulteraret, illa amoris illius causa communicato cum eodem 5 consilio venientem e Troiano bello maritum percussit. quam postea filius dicitur occidisse. 2^d Orestes filius Agamemnonis et Clytaemestrae, qui adulteram puniens matrem. 7 1 *Quam mihi lucus (Martis)*: 'lucum Martis' dicit, qui Romae est in Appia, in quo solebant recitare 10 poetae. 2 Aut illum, qui apud Colc(h)os est, in quo fuit pellis aurea. 3 Aut in quo Ilia peperit. 9 1^s *Vulcani q(uid) a(gant) venti*: pro follibus posuit. 2 (*Quas torqueat umbras Aeacus*): Aeacus, Minos et Ra(da)mant(h)us, hi tres apud inferos fratres fuerunt. 12 *Frontonis (platani 15 convulsaque marmora clamant)*: in <H>oratiana domo, in qua poetae recitabant. 22 1 (*Mevia*) [*figat aprum*]:

7 Aut Ariopagus, qui Athenis est, aut is, qui Romae est in Appia, ubi cum Ilia concubuit, aut ille apud Colchos, de quo Iason pellem auream arietis sustulit φ; 'Lucus Martis' (valde alienum esse arbitror, ut hic) Areopagus (exponatur . . . ne aliis quidem astipulatus fuerim, ut) lucum (credam hic eum intelligi), qui (ut Probus inquit) apud Colchum [colobum ed.] fuit, ubi vellus [aeolus ed.] erat ex auro (. . .) utrum (ergo) 'lucum Martis', in quo peperit Ilia Remum et Romulum (. . .) an certe (velut etiam Probus interpretatur) 'lucum Martis' dicit, qui Romae fuit in Appia, quod ibi solerent multi dicere (ut idem Probus putat)? *Valla* 9 1 'Vulcani venti' id est folles *L φ Valla* 2 Tres sunt iudices inferorum, Iovis et Europae filii: Aeacus, Minos et Radamanthus φ, *sim. L ψ* 12 Fuit . . . Frontonis domus, in qua poetae recitabant *Valla*; Fronto orator (Traiani tempore *add. χ*) nobilissimus, in cuius domo poetae recitabant (doceb- eique . . . recitab- . . . φ) φ χ 20 'Magnus alumnus Auruncae' Lucilium dicit, ut sit Aurunca pro Italia synecdochicos posita, vel (ut Probus exponit) Turnum dicit Scaevi Memoris [rem- ed.] tragici poetae fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione proventus est, potens in aula Vespasianorum Titi et Domitiani. vel Lenaeum [*Casaub.*:

2 masc- <dicit> P 3 Aeg- *Cram.* orestes PS 4 clitem- PS
5 communicata PS 8 qui puniens] *cf. VII 173, 2* quae continens; *v. Append.*

matrona. 2 (*Tuscum figat aprum*): ut quod natura dene-
 gat, deliciarum affluentia largiatur. 26 1 *Cum pars*
Niliacae (plebis): unus de consulibus [liciniae ac] de plebe
 Aegypti fuit, magnarum Romae postea facultatum.
 5 2^d (*Verna*) *Canopi*: Canopus oppidum Aegypti, dictum a
 gubernatore Menelai, qui ibidem morsu serpentis extinc-
 tus est. 28^s *Ventilet ae(stivum) d(igitis sudantibus*
aurum): per luxuriam enim anulos aestivos et hiemales
 14 r. invenerat. | 31^d *Ut teneat se*: ut non scribat accusationes
 10 illorum. 32^s (*Lectica Mathonis*) *plena ipso*: quia crassus
 fuit. 33 1^d (*Magni*) *delator amici*: Heliodorum significat
 delatorem. 34 1 (*De nobilitate comesa quod superest*)

-nium ed.] dicit, qui[a] et ipse satyras scripsit. vel Silium et ipsum
 sui temporis satyricum. qui omnes (ut Probus refert) ex Aurunca
 fuerunt *Valla*; Lucilium satiricum dicit, qui Auruncus fuit φ
 26 1 Hic Crispinus e plebe fuit Aegyptia magnarum postea
 Romae facultatum et promotionum, siquidem ex libertino sena-
 tor est a Nerone factus (ut Probus inquit) *Valla*; Crispinus
 iste Aegyptius fuit gente, condicione servus, sed post Romae
 a Nerone factus est senator . . . φ; *item* quendam Aegyptium
 Crispinum significat, qui cum egens Romam venisset, amicus
 Domitiani Caesaris factus est et ex libertino senator φ 2 Op-
 pidum Aegypti a Canopo gubernatore Menelai, qui ibi sepul-
 tus est φ (*consentit Valla ad VI 84*) 28 Et hoc luxuria in-
 venerat (inquit Probus), alios anulos aestivos, alios vero hie-
 males *Valla* 31 'Ut teneat se' id est non scribat *Valla*
 33 1 Heliodorum dicit L, Heliodorus φ 2 (Probus . . .) Helio-
 dorus (inquit) Stoicus, qui praeceptor L. Iunium [licin- ed.]
 Silanum [syll- ed.], discipulum suum, cum argueretur coniura-
 tionis, infitiantem praeter domesticam delationem [dilect- ed.]
 oppressit. alii philosophum Traiani volunt, qui Baram nobilem
 detulit senatorem et damnavit; nonnulli Demetrium causidicum,
 qui Neroni multos detulit *Valla*; Heliodorus Stoicus praeceptor,
 qui L. Iunium [licin- codd.] Silanum, discipulum suum, cum
 argueretur de coniuratione, praeter domesticam delationem
 etiam falso testimonio oppressit. alii Demetrium causidicum
 volunt, qui multos Neroni detulit φ 34 'De nobilitate co-
 mesa' aut ad bona hoc referemus . . . aut ad crudelitatem de-
 latoris, aut 'comesa' (ut Probus putat) propter Syllam, qui
 persecutus [pros- ed.] est senatores Marianos *Valla*

3 niliacus P- c̄s S; *aliud temptam. infra liciniae ac, sc. ni-*
liaci corr. in -cae, secl. W. 6 menalio P S

vel ceteros. [2 Delatores illi partem maximam proscripserunt, ex quorum bonis multa diripuerunt. namque hoc, quia 'rapturus' dicit, ad crudelitatem refert.] nam a Sylla multi occisi sunt et proscripti. **33 2** (*Magni delator amici*): Heliodorum dicit Stoicum philosophum, qui 5 L. Iunium Silanum, discipulum suum, cum argueret<ur> coniurationis, infitiatum <praeter> domesticam delationem etiam <falso> testimonio oppressit. alii philosophum Traiani dicunt, qui Boream senatorem detulit et damnavit. nonnulli Demetrium caesidicum dicunt, qui multos 10 Neroni detulit. **34 3^s** *Et cito rapturus: consumpturus.* **35** [*Quod superest*] q(uem) M(assa timet quem munere palpat Carus et a trepido Thymele summissa Latino): Massa morio fuisse dicitur et Carus nanus, Latinus vero actor mimicus. hi omnes Neronis fuerunt liberti et deliciae 15 Augusti, sed et nequissimi delatores. Latinus autem mimus quasi conscius adulterii Messalinae, uxori Neronis, ab ipso occisus est, Massa autem et Carus Heliodoro deferente occisi sunt. cuius futuram delationem ita metuebant, ut ei munera darent: nam Latinus mimus Thymelen mimam 20 submittebat ad mitigandum. **39^d** (*Vetulae*) vesica

35 Massa (ut Probus inquit) morio Traiani fuit . . . Carus (inquit Probus) nanus fuit Traiani . . . Latinus actor fuit, id est mimus. omnes autem hi fuerunt (ut mea fert opinio) libertinae condicionis ac sub Nerone delatores. Latinus (inquit Probus) quasi conscius adulteriorum Messalinae occisus est a Claudio. Thymele rogabat Heliodorum ipsum eumque placabat adulteriis *Valla*; Latinus hic mimus nobilis dicebatur cum Messalina uxore Domitiani coire. qui timens ab Heliodoro deferri uxorem eius Thymelen inmisit ad rogandum Heliodorum φ , *sim. Lx* **43** 'Et sic palleat' exsanguis nimia coitus consuetudine aut nimia expectatione hereditatis aut metu adulterii *Valla*; exsanguis nimio coitu $\varphi \psi \mu$

1 Delatores illi *W.* dilacionem (-tionē **S**) sicilie **PS** an delatione sua illi? parte **P** prescr- **PS** **3** rapturus *Iahn* -um **PS** **6** L. Iunium *Lipsius* licinium **PS**, cf. *Suppl.* argueretur *Suppl.* **7** infitiat cum **PS** praeter et falso cf. *Suppl.* dilac- **PS** **9** boream **PS** **11** *schol.* **33 3** legitur post *schol.* **43 3** **13sq.** massam murio **PS** **15** lib- om. **S** **16** augustis. sed **PS** **18** heriod- **PS** **20** thymilene **PS**

beatae: divitis libidinosae. 43 1 *Palleat*: nimia coitus libidine fatigatus. 2 Aut expectatione hereditatis. 3 Aut metu adulterii. 33 3^s [47 *Damnatus inani*] (*Magni delator amici*): Soranum Barea Celer philosophus, magister
 5 ipsius, apud Neronem scelere delationis occidit et ipse postea sub Vespasiano hoc ipsum Musonio Rufo accusante damnatus est. 47 1 (*Damnatus inani*) *iudicio*: non ad-
 e<m>ptis bonis. 'inane iudicium' dicitur sine litium aesti-
 matione. 2 (*Inani iudicio*): litis aestimatio illi non pro-
 10 fuit. 48 1 (*Quid enim salvis infamia nummis*): subauditur 'nocet'. 2^d (*Salvis*) *infamia nummis*: infamis pronuntiatus sine dispendio pecuniae. 49^s *Exul ab octava Marius bibit*): qui iudicio vacabant, decima <h>ora cenabant: hic enim ab octava. 50^d (*At tu victrix*) *provincia ploras*:
 15 quia spoliata. 51 1 (*Venusina*) *digna lucerna*: 'lucerna' ideo dicit, quia satirici ad omnium vitia quasi lucernam admovent et vel adurunt vel ostendunt crimina, quae noverunt. 'Venusina' autem ideo, quia haec fuit civitas <H>oratii. 2 (*Venusina digna*) *lucerna*: id est: talem

48 1 'Quid—nummis?' deest 'nocet' *Valla*; item $L\varphi\psi\mu$
 49 'Exul ab octava' deest 'hora'. nam qui iudicio (rebusque publicis) vacabant, decima comedebant *Valla cons. φμ* (om. r- p-); Marius Priscus cum proconsul Africam tenuisset, accusante Plinio Secundo damnatus est, quia creditas pecunias reddere nolebat φ
 50 'Ploras' quoniam spoliata *Valla*
 51 'Venusina lucerna' id est satira tali, qualem scripsit Horatius (qui natum se dicit [s. II 1, 35] 'qua Venusinus arat finem sub utrumque colonus') [*sim. Valla*]. 'lucerna' autem dicit, quia satiricus ad vitia omnium quasi lucernam admovet, ut intueretur vitia singulorum φ; (utrum) 'lucerna', quia — admovet [= φ], ut intueri quivis possit crimina, quae novit (an...) sive a Venusia [-io *ed.*], ubi laternae leves fuerunt (ut *Probus* inquit) quae vilissimi veniebant *Valla*

2 spect- PS 5 delat- *Iahn* damnat- PS 6 Mus- *Pith.*
 usimio PS 7 in- iud- *W.* decius PS 9 litis *Rutgers*
 legis PS illi] sc. provinciae 11 nocet] nota PS 15 Digna—
 7, 1 scripsit post 7, 4 Atl- S, tum post 7, 3 ag- signis *revoc.*
 lucernam 2. PS 16 omn-] homin- *Schopen*, at cf. *Isid.*
VIII 7, 7 17 vel 1. *Iahn* ut PS 19 <autem> id est
 <aut> PS

saturam scribo, qualem <H>oratus scripsit. 52 1^s *Haec ego n(on) a(gitem):* persequar. ut Virgilius (Aen. V 265) 'pallantes Troas agebat'. 2 *Heracleas:* aut Herculis columnas in Spaniis aut Atlantem. 53 1^d *Aut Diomedes:* socios Diomedis in aves conversos. 2 (*Aut mugitum*) 5 *labyrinthi:* Minotauri. 54 1^s *Et mare per(cussum) p(ueo):* Icarium dicit. 2^d *Fabrumque volantem:* Daedalum. 55 1 *Cum leno accipiat (moechi bona):* maritus vendens coniugis castitatem. 2 (*Si capiendi*) *ius nullum (uxori):* si facultatem maritus non habet, ut deprehendat 10 spoliandos adulteros, quia nota est eius fraus, tamen coniventiam suam adulteris vendit. 3 Et sic intellegitur: si uxor eius iure impediatur adultero succedere, ipse maritus leno succedit adultero heres, ut per fidei commissum res adulteri ad adulteram veniant. 57^s *Doctus* 15 (*et ad calicem vigilantem stertere naso*): ut carius vendat adulterium, praesens est. 58 1 *Cum fas esse p(utet curam sperare cohortis):* ut accipiat consulatum. 2^d *Curam sperare cohortis:* militum tribunatum. | 59^s *Qui bona* 14 v. *d(onavit) prae(sepibus):* propter equos hoc dixit. 60 [59 20 *Et caret]* (*Dum pervolat axe citato Flaminiam puer Automedon*): Neronem tangit. 61 [*Flaminiam*] *p(uer) Automedon:* pro auriga. 62^d (*Lacernatae cum se*) *iactaret amicae:* satirice, nam habitu virili feminam describit.

52 1 scriptis (om. μ) persequar $\varphi \mu$ 2 'Heracleas' (... vera lectio est quam refert Probus et in vetustissimo emendatissimoque codice legimus) *Valla* 53 2 vocem Minotauri $L \varphi \psi \mu$
54 1 *Puero*] Icaro *Valla* $L \varphi \psi \mu$ 2 Daedalum $L \varphi \psi \mu$ (*add. dicit*) *Valla* 55 1 'Lenonem' dicit maritum vendentem pudorem uxoris φ 60 Tangit Neronem φ (N. carpit) ψ ; per aurigam alii Neronem, alii Damasippum volunt intelligi *Valla*
61 Hoc nomen aurigae mutuavit a Virgilio, qui dicit (Aen. II 476) 'armiger Automedon, equorum agitator Achillis' ... φ
62 'Amicae lacernatae' satirice habitu viri feminam descripsit. Neronem lacerat ... *Valla*

3 herculis autem PS, *transp. et corr. W.* 8 maritus *Cram.*
-ti PS 12 intellegitur] = intellegi potest 15 adulteram
Pith. -um PS 21 Et caret om. P, *glossam signo: ad Dum*
revocans 22 Flamina P 24 satyr- PS

64 *Sexta cervice feratur*: lectica enim faciente luxuria a sex hominibus portabatur. 65^s *Hinc atque inde p(atens)*: ut ab omnibus videatur. 63^d (*Nonne libet medio ceras inplere capaces quadrivio*) [65 *Cathedra*]: in his rebus
 5 concitatus posset et in publico scribere. 66^{1s} *Et multum referens*: multum lucri capiens. 2^d (*De*) *Maecenate supino*: superbo. 3 *Vel mortuo*. 68 (*Gemma*) *fecerit uda*: saliva tacta propter signaculi inpressionem. 69 (*Molle*) *Cale-*
 10 *num*: vinum dicit. 70 (*Viro miscet sitiante rubetam*): rubeta rana est, ex cuius pulmonibus vel sanguine fit venenum. 71^{1s} *Instituitque rudes m(elior) Luc(usta propinquas)*: Lucusta quaedam fuit in Galliis matrona venefica, quam Nero exhibuit ad se propter venena con-
 15 familiari- tate sua habuit, ut etiam eum doceret venena miscere. inde ait Turnus in satura (FPL p. 134 Mor.) 'ex quo Caesareas suboles horrida Lucusta occidit cura sui, verna nota Neronis'. haec increpitata a Nerone, quod

64 'Sexta cervice' hexaphoro, hoc est a sex hominibus *Valla* 66 2-3 'De Maecenate supino' mortuo, vel certe superbo [*sic φ μ*] et erecto de nobilitatis fastu et integritatis conscientia *Valla* 68 'Et gemma fecerit uda [vel *ed.*]' impresso cera<e> signo saliva tacto. sunt qui hunc Damasippum, sunt qui Ophonium Tigillinum velint *Valla* 69 *Molle Cal.*] suave vinum *L ψ*; vinum a loco *μ* 71¹ Tranquillus (Nero 33 2) et Tacitus (Ann. XIII 15) huius Locustae meminerunt, quae ex Gall<i>is propterea, quod famosa venefica esset, Neroni exhibita est eidemque familiaris effecta (ut inquit Probus), ut et illum doceret et plures puellas. unde ait Turnus in satira 'ex quo Caesareas soboles Locusta cecidit, horrendum curas dum liberat atra Neronis'. haec increpita a Nerone, quod lentum venenum Britannico comparasset, deinde tam efficax dedit, ut ante quam poculum Britannicus exhauriret, in convivio Neronis expiraret *Valla*; Locusta fuit venefica famosissima, quae ideo de Galliis ducta est, ut propinquas eius doceret veneno homines occidere φ

1 faciente lux-] v. *Append.* 4 in his rebus] v. *Append.*
 5 possit *Schopen* 6 cap- *Cram. sap- PS* 9 vin-] venen- *PS*
 11 luc. *P l. c. S* 17 qua *PS, v. Suppl.* sob- *PS* locusta *PS*
sic et infra 18 nerone <ne> *PS*

lentum venenum Britannico, privigno suo, parasset, tam
 efficax dedit, ut ante quam poculum Britannicus exhau-
 riret, in convivio Neronis expiraret. 'propinquas' autem
 dicit tamquam a Lucusta doctas. 2^d *Propinquas*: quidam
 uxorem dicunt 'propinquas'. 72 *Nigros (efferre maritos)*: 5
 a veneno. 73 *Gyaris*: insula, ubi damnati mittebantur.
 75 (*Criminibus debent hortos*) *praetoria mensas*: illis donant
 hortos, argentum vel cetera, quibus conscientia tenentur
 obnoxii. 76 (*Stantem*) *extra pocula caprum*: dicit emble-
 matum opus. 77 *Quem patitur dormire*: dissimulare. 10
 78 (*Praetextatus*) *adulter*: puer, qui adhuc vir non est.
 80 *Cluvienus*: delerus poeta vel indoctus. 81 1^s *Ex quo*
Deucalion: ab initio mundi. 2^d (*Nimbis*) *tollentibus*
aequor: per diluvium. 82 *Sortesque poposcit*: a Themide,
 quae ante Apollinem responsa dabat. 83 1^s [*Paulatim-* 15
que] *anima*: spiritu. 2^d *Mollia saxa*: ut Virgilius (Georg.
 I 63) 'unde homines nati, durum genus'. [84 *Pyrra*
puellas] et hic per consensum ostendit esse durissimum.
 85 (*Votum timor ira*) *voluptas (gaudia discursus nostri*
farrago libelli est): hoc est: vitia hominum dant nobis 20
 scribendi materiem. 87^s [*Et quando*] *uberior*: id est
 fecundior. | 88 1^d *Alea quando (hos animos)*: in ellipsin 15 r.
 dicit hoc. 2^s (*Alea quando*) *hos animos*: ellipsis: subaudi-
 tur 'habuit'. 90^d (*Ad casum tabulae*) [*Luditur arca*]: ad

73 solebant ... in Gyaron insulam proscribi damnati *Valla*
 76 (*Probus* autem) caper hic (inquit) praecipue ab hominibus
 [omn- *Pith.*] praedicatur, quem etiam Martialis carmine suo
 (VIII 51, 9) laudavit 'stat caper in phiala [*ex v. 1: Aeolio Mart.*]
 Thebani vellere Phrixi cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror'
Valla 77 'Dormire' dissimulare, tacere *Valla* 78 *Praet.*
 adhuc puer φ 82 'Sortesque poposcit' subaudi 'a Themide'
 (inquit *Probus*), quae ante Apollinem responsa dabat. (sed)
 'sortes' pro oraculis posuit (. . .) *Valla; Sortes*] oracula (*sic*
 φ χ) sive responsa (*hoc x*) μ 88 2 *Alea — animos*' ellipsis:
 subauditur enim 'habuit' *Valla*; 'habebat' *suppl. L*

9 sq. emblematicum *Schurzfl. ex cod. suo* 12 delⁱerus P (i
 erasa) S 15 ante] apolli S 21 materiem *ex -am* P S
 22 ellimsin P S 23 enlipsis P S

incertum eventum. 91 *Dispensatore* [videbis]: subministrante pecuniam. 92 1 *Armigero*: metaphora <a> bellantibus, id est: qui arma praebet tesseras et tabulam. 2 Et ipse est, qui nummos sub pignore portat. 93^s [Perdere et] horrenti (*tunicam non reddere servo*): trementi, nudo. 94 1^d *Quis fercula septem* (*secreto cenavit avus*): non in publico convivio, sed privato. in praeterito ostendit hanc vitam non fuisse: ideo dicit 'avus'. 2^s 'Secreto' quod ait, id est privato convivio. 3^d (*Quis fercula septem*)
 10 *secreto cenavit avus*: quis tuorum [avus] aut tam locuples aut tam luxuriosus fuit, ut tu es? moris autem erat apud antiquos, ne quis adderet possessionibus suis aut ex illis minueret. 95 (*Nunc sportula primo*) *limine parva* (*sedet*): vult intelligi, quod apud veteres, quamvis pauperes
 15 esse<nt>, tamen maiorem humanitatem fuisse, nunc autem eam solam videri humanitatem, si detur sportula et ipsa tenuissima: <si> tamen ab honoratis non excludaris, qui ad eam sine pudore conveniunt. 99 1 *Agnitus accipies*: id est: qui non agniti fuerint, non accipiunt, nedum humiles

91 'Dispensatore' sumministrante pecuniam (qui Graece *οἰκονόμος* appellatur [ex gloss. add.? cf. Th. gl. s. v.] *Valla*
 94 1 'Secreto cenavit' non publico, sed privato: ostendit apud veteres hanc vitam non fuisse, unde et 'avus' ait *Valla*
 3 Moris autem erat (ut Probus inquit) apud antiquos, ne quis adderet possessionibus suis aut de illis minueret *Valla*; Mos fuit antiquis, ne—suis aut minueret (*vel* demeret) aliquid φ
 95 Vult intelligi apud veteres maiorem humanitatem fuisse, quamvis pauperiores essent, nunc autem eam solam clementiam exhiberi, quod sportulam et ipsam quidem tenuem proferant, nisi tamen ab honoratis excludaris, qui ad eam sine pudore conveniunt *Valla*; Vult intelligi—solam humanitatem exhiberi, si sportulam quis det ipsamque tenuem, si[c] tamen non excludaris ab hon-, qui ad eam rapiendam sine pud- conv- φ
 [initio = *Valla*]

1 incertum Hofm.-Peerlk. interitum PS 1sq. Subministrantis P ex -te S, corr. Cram. 2 suppl. Pith. 4 est W. et PS pignora S 8 avus v. Suppl.] abuit P hab- S
 9 quod ait om. S conv- sscr., Secreto om. S 10 secl. Buech. an avorum? 11 luxor- PS¹ 15 essent v. Suppl. nunc autem v. Suppl.] nec aut PS 17 si v. Suppl.

possint accipere. 2 (*Agnitus*): pro explorati. 101 (*No-*
biscum): id est cum pauperibus. 100 1^s *Ipsos* (*Troiuge-*
nas): nobiles. 2^d *Troiugenas*: patricios: qui nisi agniti
 fuerint, non accipiunt, nedum humiles possint accipere.
 102 *Sed libertinus* (*prior est*): arguit homines, qui propter 5
 libidinem libertatem meruerunt, qui in libertinorum corpus
 [tribus] relati sunt, qui cum hereditatem meruerint, per-
 tusis auribus signa libertinorum celare non possunt.
 104^s *Natus* (*ad Euphraten*): Mesopotameni homines effre-
 natae libidinis sunt in utroque sexu. Sallustius (Hist. IV 10
 fr. 78 M.) meminit. 106 1^d *Quadringenta* (*parant*): qui
 erat census antea equitum Romanorum. 2 *Quid confert*
purpura (*maior optandum*) Lucilius (v. 1119 Mx.) 'aurum
 atque ambitio specimen virtutis'. 3 *Purpura* (*maior*):
 laticlavium. 4^s (*Quid confert purpura maior*) *optandum* 15
s(i) L(aurenti) c(ustodit) i(n) a(gro conductas Corvinus
oves): quid praestat nobilitas, si mercennarius alienus
 nobilis est et pauper? 109^d *Pallante et L(icinis)*: Pallas
 et Licin[i]us in aula Claudii Caesaris praepositi curam rei

100 *Troi.*] id est patricios et nobiles Romanorum ab Aenea
 oriundos, qui nisi agniti sint, non accipiunt, nedum plebei
 possint non explorati φ (*ex parte* ψ); 'Troiugenas' patricios,
 qui nisi agniti sint, nedum humiles, non poterunt quicquam,
 licet efflagitent, impe<t>rare, explorati vero assequuntur *Valla*
 104 Mesopotamiae homines effr- lib- sunt $L\varphi\chi$ 109 Pallas
 libertus (ut inquit *Probus*) Claudii Caesaris officium rationum
 administravit et in numero praetorum relatus, quod parumper
 [primum per *ed.*] cunctantem Caesarem de incestu Agrippinae
 ad nuptias confirmasset, cum qua [eamque *ed.*] ipse consuetu-
 dinem stupri adeo palam fecerat, ut in quodam simulacro
 Palatinae Minervae ascriptum sit 'Pallas, < σ > *αἰτιῶνται*' *Valla*;
 Licin[i]us (inquit *Probus*) ex Germania puer captus tantae
 industriae fuit, ut reliquias cibariorum inter conservos faenera-
 ret et cui quid credidisset, quali poterat chirographo pugil-
 laribus subnotaret. quos cum expeditione quadam transiturus
 flumen in vestimentis recondidisset, C. Iulio Caesari quodam

1 possint *Buech.* -unt **PS** explorati] *cf. Suppl.* -tus *Schop.*
 4 possunt **PS**, *v. supra* 6 *secl. W.* corpus *secl. Iahn* 8 li-
 bert-] servitutis *Schop.* 9 mes(s)ep- **PS** 14 ambitio<sum>
PS, *cf. III 143* 18 *corr. Buech.* 19 prop- **PS**, *corr. Pith.*

publicae gesserunt, cum libertini essent. 111 1 *Nuper i(n) h(anc) u(rbem) p(edibus qui venerat albis)*: ostendit plus honoris videri in calceis quam in persona. in illo enim tempore necdum senatoris nigris calceis uteba[n]tur.
 5 2 (*Pedibus qui venerat albis*): scilicet nudis pedibus.
 3 Vel pulverulentis [[4 Vel braci[i]s. 5 Vel pedules novos in bracis, quos pedornis dicunt.]], ut peregrinus. 112 *Quandoquidem inter nos (sanctissima divitiarum maiestas etsi funesta pecunia templo nondum habitat)*: inter nos qui-
 10 dem magna est divitiarum maiestas, etsi pecunia quidem nondum consecrata est, ut in numero sit deorum vel etiam colatur in templis, quemadmodum Pax atque Fides et cetera. ac per hoc ostendit tam inepte haec numina coli, quam si pecunia templum haberet. 113 1^s [*Maiestas*]
 15 (*Funesta pecunia*): quoniam per scelera acquiritur. 116 1 (*Salutato crepitat Concordia nido*): saturice 'salutato nido', non 'templo'. 113 2 (*Funesta pecunia*) [*templo*]: quod funerum faciendorum sit causa. 3 Quod per parri-

denegante ei pugillaribus quicquam annotatum barbarus legendos [lugens eos *ed.*] obtulit. statim ad dispensationem est admissus, non multo post manu missus et deinde curationi Galliarum ab Augusto praepositus eas spoliavit et, cum flagraret invidia, basilicam sub nomine Gaii Iulii aedificavit. accessit sub Tiberio. proinde dives fuit, quasi Crassi [quod Cassii *ed.*] opes etiam exhausisset, et dictus est habuisse fundos [nummos *ed.*], quantum milvi volant. unde Persius (II 36) 'nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in aedes' *Valla*

111 (Probus hic exponit) albas [alias *ed.*] consuetus habere bracas [-ches *ed.*], vel quod pedales novos haberet in brac[h]is, quos pedurnos dicunt, vel quod non nigris, non calceis senatorum; unde urbane ostendit plus honoris in calceis esse quam in persona *Valla*; 'Albis pedibus' vel quia pedibus venit ideoque de pulvere conspersos pedes habuit albos, vel 'albis' ideo, quia servus erat... *L φ χ* 113 'Funesta pecunia' quae per furta et parricidia congeritur *Valla*, (conquiritur) *L ψ*, *sim. φ μ*

3 personam. illo P -natam illo, *sscr. † in S* 4 senatoris
Schulz -res PS utebatur *Schulz* 5 scilicet *W.* sed PS id
 est *Iahn* 6 *corr. Pith.* 11 vel *Iahn* ut PS 13 nom- PS
 18 sq. pro parricida PS, *corr. Pith.*

cidia congerit(ur). 116 2^d *Quaeque salutato c(repitat)*
Concordia nido: ciconia, quae contra templum Concordiae
 ex conlisio(ne) rostri sonitum facit. | 117^s [*Sed cum*] 15 v.
summus honor: id est senatorum. 118 1 *Sportula quid*
referat: prosit. 2^d *Rationibus*: utilitatibus. 119^s *Quid* 5
facient (comites): quid faciant parasiti, cum senatores sic
 avidi sint ad sportulam? 121 1 (*Quadrantes lectica*
petit) [122 *Languida*]: id est qui eam sufferunt. 122 (*Cir-*
cumducitur uxor): uxorem senatoris (dicit). 121 2 (*Se-*
quiturque maritum . . . uxor): ad accipiendam sportulam 10
 matrona sequitur virum. 123^d *Hic petit absentem*: uxori
 scilicet sportulam. 126 1^s *Profer Galla (caput)*: qui
 erogat, dicit. 2^d *Noli vexare*: maritus dicit. 127^s *Ipsae*
dies (pulchro distinguitur ordine rerum): totos dies sic
 consumunt divites, dum aut sportulam aut ad templum 15
 Apollinis tractandum vadunt. 128^d *Iurisque peritus*
Apollo: aut quia iuxta Apollinis templum iuris periti sede-

116 Templum Concordiae (inquit Probus) est vetus, in quo
 ciconia multa est. aut quae venientibus salutatum concordiae
 crepitu consensum prodebat. et satyricè 'salutato nido', non
 'templo Concordiae'. 'crepitat' rostro ciconia scilicet, quae
 concussione rostri sonitum pacis videtur reddere *Valla*; quod
 dixit 'Concordia crepitat', ad ciconiam respexit . . . nam Con-
 cordia non crepitat, sed ciconia revertens ad nidum concus-
 sione rostri crepitem id est sonitum faciens quodammodo ni-
 dum vel pullos salutat . . . φχ; ciconia . . . rostri concussione
 signum putabatur ostendere pacis . . . φ 121 Lecticarum
 usum (inquit Probus) primi dicuntur invenisse Bithyni. Cicero
 (in Verr. II 5, 27) 'nam una haud mos est Bithyniae regibus
 vehi lectica' *Valla*; 'Lectica petit' octophoro (inquit Probus)
 vehebatur *Valla* 123 'Hic petit absentem' subaudiendum
 'uxori' *Valla* 126 *Profer Galla caput*] vox erogantis ψ;
Noli vexare] maritus dicit φ 127 Sic totos dies, inquit, con-
 sumunt divites, dum ad sportulam vadunt aut ad forum, inde
 ad templum Apollinis . . . *Valla* 128 Hic est Apollo (in-
 quit Probus), cuius et Horatius meminit 'sic me servavit

1 congeritur v. *Suppl.* sal-] s. P c. om. S 3 con-
 silio PS, corr. *Heinr.* 6 faciant *Iahn* -unt PS 8 qui eam
Leo quieton PS 11sq. uxori scil- W. uxoris PS 15 <ad>
 sport- *Pith.*, v. *Append.* 16 <ad> tract- *Schurzfl.*, v. *Ap-*
pend.

bant et tractabant <aut> quia ibi bibliothecam iuris civilis et liberalium studiorum in templo Apollinis Palatini dedicavit Augustus. nam hic est Apollo, cuius et <H>oratio (s. I 9, 78) meminit 'sic me servavit Apollo'. 129^s *Atque triumphales*: id est: itur ad Rostra, ubi habere solent triumphales statuas viri magni sive quadrigas. 130^{1.1.} *Arabarches*: Arabiae princeps. 132^s (*Vestibulis abeunt veteres lassique clientes*) [133 *Votaque deponunt q.*]: dum divites tarde recedunt, clientes expectant. 133 1 (*Quamquam longissima cenae spes homini*): quamquam tarda sit homini spes cenandi. 2 Aut certe: si quis non multum habeat in domo sua quod cenet, tamen non patitur divitum mensas expectare. 135 1 *Optima silvarum*: de venatione. 2 Quare 'optim<a>? dictum est hoc ex adfectione et invidia parasitorum. 137 1^d (*De tot pulchris et latis orbibus et tam antiquis una comedunt*) *patrimonia mensa*: mensis citreis, quas antiquitus in magno pretio habebant. 2 Aut de ebore. 139^s (*Quis ferat istas*) *luxuriae (sordes)*: sine convivis magnos apparatus. 140 (*Totos*) *ponit apros*:

Apollo' . . . iuris civilis et liberalium disciplinarum bibliothecam in templo Apollinis Palatini Augustus dedicavit . . . ibi . . . iuris studiosi conveniebant . . . quod tam dubia [devia ed.] iurisperitorum responsa sint (ut etiam inquit Probus] quam Apollinis *Valla*

130 *Arab.*] Arabiae (-bum *Valla* ψ) princeps *Valla* Λ φ ψ μ
 132 'Abeunt' sero recedunt *Valla* 133 2 Licet hi non multum habeant apud se quod cenent, tamen non patiuntur divitum mensam expectare *Valla* 135 1 *Opt. silv.*] quae de venatione sunt optima *Valla*; venationis (-um μ) diversa genera et piscium φ μ 137 (Probus exponit) mensas citreas, quae (inquit) antiquitus in magno pretio habebantur, vel de marmore, vel quae de Indico ebore affabre factae sunt *Valla*
 140 'Totos ponit apros': apud antiquos enim magnificentiae videbatur apparatus, si cui in convivio aperiret exhibitus esset *Valla*

1 *add. Pith.* 2 civili sex, *sscr.* † (om. et!) S 3 Hor- v. *Suppl.* oraculum PS 4 servabit PS 7 haec glossa *sscr.* in S, *inter Iuven. vers. add. in P* 9 expect- *Buech.* spect- PS
 12 tamen v. *Suppl.* tum PS 13 expect- v. *Suppl.* spect- PS
 14 optima dictum W. 19 convivis *Cram.* -viis PS

apud antiquos magnificentia videbatur apparatus(r), si in convivio cuiusdam aper integer fuisset exhibitus. 142^d *Poena tamen p(raesens)*: poenam dicit, quod solus voraverit quod multis sufficere potuisset. 143^s *Turgidus*: indigestus. 144 *Hinc subitae mortes*: id est: mortuus est manducando. | 5
 146 1^s *Ducitur (iratis plaudendum funus amicis)*: insultant, quod de indigestione sit mortuus intestatus. 2 De cuius testamento nihil consecuti sunt. 149 1 *Omne in praecipiti v(itium stetit)*: ac per hoc: ad marginem venit, ut iam humiles nostros prosit discere. 2^d *Utere velis*: di[stin]ctionis dicit, hoc est saturae scribendae. 151 *Priorum*: Lucili et ceterorum. 155 1 *Tigellinum*: vilem hominem dicit. 2 *Pone Tigellinum*: Ophonius Tigellinus, patre Agr<ig>entino Scyllaceum relegato, iuvenis egens, verum

143 *Turg.*] inflatus adhuc cibo indigesto φ 146 Quod intestatus mortuus sit, aut quod in eius testamento non sint amici quicquam de eius hereditate consecuti *Valla*; 'Iratis' ideo, quia nihil potuerunt consequi de hereditate defuncti *L*; quia non sunt consecuti aliquid de hereditate sua (*vel tua*)... φ ζ 149 2 'Utere velis' velis dictionis et satyrae *Valla*; di[stin]ctionis scilicet satiricae μ 155 . . . si Tigellinum laeseris, vivus ardebis, quemadmodum vivente et imperante Nerone vivi arserunt multi, de quibus cereos fieri iusserat, ut spectatoribus collucerent, cum confixa illis fuissent guttura, ne se flecterent (. . . haec Probus [*v. Append.*] . . .) fuit autem Ophonius Tigellinus, patre Agrigentino Scyllaceum relegato, iuvenis egens, verum admodum pulcher et ob hoc maritis Agrippinae et Fulviae, sororum Caesaris, suspectus. urbe summotus piscatoriam in Achaia exercuit, deinde reditum sub condicione impetravit, ut conspectu Claudii abstineret. quare saltibus in Apulia et Calabria comparatis cum studiosius equos quadrigarios aleret, amicitiam Neronis nactus est primusque studium circensium fecit *Valla*; Tigellinum si laeseris, vivus ardebis, quemadmodum in munere Neronis ardebant, de quibus iusserat cereos fieri, ut lucerent spectatoribus, cum fixa illis fuissent guttura, ne se curvarent *L*

1 magnif- *v. Suppl.* munif- PS apparatus *Pith.* 7 sit . . . int- *Cram.* sic . . . ct- PS 10sq. dictionis *Schop.*, cf. *Suppl.*
 12 glossa iuxta *v. 155* posita et cum *Tigill. Iuven.* signo /· coniuncta in P tigill- semper PS 13 Ophonius *v. Suppl.* G. fulcinus PS 14 relegato *v. Suppl.* religatus PS

admodum pulcher, in concubinato M. Vinicio et †Lucio Domitio, maritis Agrippinae et †Fulviae, sororum Caesaris, aequae in utrisque uxoribus suspectus. ob hoc urbe summotus piscatoriam in Achaia exercuit, quo<ad> accepta hereditate reditum sub condicione inpetravit, ut conspectu 5
Claudi abstineret. quare saltibus in Apulia et Calabria comparatis cum studiose equos aleret quadrigarios, amicitiam Neronis nactus pri<m>us illum ad studium circensium movit. 3 (*Pone Tigellinum*): hoc est in satura: pone 10
te vituperare Tigellinum, quem si laeseris, vivus ardebis, quemadmodum in munere Neronis vivi arserunt, de quibus ille iusserat cereos fieri, ut lucerent spec<ta>toribus, cum fixa illis essent guttura, ne se curvarent. 4^s (*Taeda lucebis in illa*) qua stantes a(rdent qui fixo gutture fumant): Nero 15
maleficos homines taeda et papyro et cera supervestiebat et sic ignem admoveri iubebat, ut arderent. 157 1 *Et latum media* (*sulcum deducit harena*): abductus enim cum per <h>arenam traheretur, sulcum corpore suo fecit. 2 Vel fossam (dicit), in qua stipites figebant<ur>, in quibus 20
ardebant. 158^d *Qui dedit ergo tribus p(atruis) ac(onita)*: generaliter dicit carpens eos, qui veneno grassantur. 159 1 *Pensilibus plumis*: lectica plumis strata. 2 *Pensi-*

157 2 'Et latum media sulcum' fossa, in qua stipites figebantur *Valla* 158 Generaliter dixit . . . *Valla*; M. Ophonius Tigellinus, homo omnium nequissimus, tris patruos habuit, quos omnes, ut eorum hereditatibus potiretur, veneno absumpsit subtractisque anulis et falso tabulis signatis hereditates summo scelere consecutus est ('*ex libello Probi grammatici*') *Domitius Calderinus* (v. *Append.*) 159 2 'Pensilibus plumis' in altum extractis *Valla* φ

1 concubinatum ab inicio P S, corr. Cram. Lucio] immo Gnaeo 2 Domitio Pith. -tiae P S Fulviae] immo Iuliae, cf. *Suppl.* 3 aequae Schulz atque S adque P 4 piscaturam P in Achaia v. *Suppl.* machinam P S quoad Pith. 5 conspectu v. *Suppl.* concubitu P S 8 primus v. *Suppl.* 10 te] -re P 12 spectator- ex corr. S, cf. *Suppl.* 15 theda P S papiro P S 17 abd- Buech. add- P S 18 corpore Pith. -ri P S 19 figebantur v. *Suppl.* fieb- P 20 tribus] t. P aē. S 21 venena crass- P S, corr. Cram.

libus: in altum extractis. 162^s *Securus l(icet) Aenean (Rutulumque ferocem committas)*: securus de mortuis loqueris nec metues legem Iuliam, quae vivorum vitia carpi <veta>t. 163^d (*Nulli gravis est*) *percussus Achilles*: Virgilius (Aen. VI 57) 'Dardana qui Paridis direxti tela 5 manusque'. 164^s *Aut multum quaesitus Hyl(as)*: Virgilius (Ecl. VI 44) 'ut litus Hyla, Hyla omne reclamant'. 168 1 *Inde irae et l(acrimae)*: iracundia accendit<ur> nocens, criminum conscientia laccessitus. 2 *Inde irae et lacrimae*: Virgilius (Aen. II 97) 'hinc mihi prima mali 10 labes'. 3 (*Tecum prius*) *ergo voluta (haec animo)*: cogita satiricas leges. 169 1^d *Duelli*: belli. 2 (*Galeatum sero duelli*) *paenitet*: metaphora: tarde paenitet indixisse bellum, cum iam pugna commissa sit. 171 *Quorum Flaminia (tegitur cinis atque Latina)*: viae, in quibus nobiles sepe- 15 liebantur.

II

1 *Ultra Sauromatas (fugere hinc libet et glaciale Oceanum)*: Sarmatae ultimi ultra Pontum sunt, vicini Amazonum: unde Sauromatides appellantur. | 3 1^s *Qui Curios 16 v. (simulant et Bacchanalia vivunt)*: de his (dicit), qui severitate simulata effeminati sunt. 2^d *Bacchanalia vivunt*: criminoso vivunt. 3 Id est: qui sub figmento severitatis sunt impudici. nam sacra Bacchanalia ex SC. condemnata sunt, cum probatum esset senatui honestissimas feminas 25

162 'Sec. lic. Aen.' . . . securus de mortuis loqueris propter metum legis Iuliae, non debere viventium vitia lacerari . . .
Valla

1 Sauromatae populi sunt Scythiae ultimi . . . *L φ χ*

1 structis S eñ S 2sq. loqueris v. *Suppl* liq- P S
3 metues *Buech.* -is P S 3sq. carpi vetat *Pith.* 4sq. Virg-
Pith. virtutem P S 5 dardanam P S pandis directi P S
6 quaes-] . q. P hyl. S hy. P 7 recl-] sonaret *Verg.*
8 & †. S, om. P accenditur *Pith.* 9sq. Inde—lacr- om. S
13 met- om. S tarde] tandē S
19 vicinē S 20 sauromatib; P -mate S, corr. *Rutg.* ap-
pell. sc. Amazones, cf. *Append.* 24 SC. *Pith.* is P his S

B. T. Scholia in Iuv. vet. rec. Wessner [1941]

2

ad Stimulae deae lucum foede adulterari. 4^s (*Plena omnia gypso*) *Chryssippi (invenias)*: imagines Chryssippi philosophi invenies apud eos factas de gypso. 5 (*Chryssippi*): qui fuit Stoicorum princeps. 6^d *Si quis Aristotelen (similem)*: Aristotelis imaginem similem vel statuam. 7 1^s *Et iubet*: vult. 2^d *Pluteum*: armarium. 9^s (*Cum sis*) *inter Socraticos (notissima fossa cinaedos)*: Aristophanes lacerat Socratem et discipulos ipsius, cum sit et ipse peior pleri<s>que. 11^d *Hispida*: hirsuta. 12^s *Promittunt*
 10 *atrocem (animum)*: fortem, sed coloratum. 13^d (*Caeduntur tumidae medico ridente*) *mariscae*: nam invenientes stupri vestigia medici rident, id est intellegunt et denotant. 15 1^s (*Verius ergo*) *et magis ingenue Peribomius*: nomen archigalli cin<a>edi, [2 (*Peribomius*): quem magulum
 15 conspurcatum dicimus.] qui publice impudicitiam professus est. 21 1 *Clunem (agitant)*: ad patiendum stuprum. 2^d [*Clunem agitant ego te*] *ceventem*: inclinatum ad stuprum et sustinentem. 3 *Sexte*: senator. 23^s *Loripedem*: solutum pedibus aut curvis. 27 1 *Clodius (accuset*

5 'Chryssippi', qui fuit Stoicorum princeps φ; Chr. (philosophus Asianus) Stoicorum (cum Zenone) princeps *Valla* 6 'Si quis Ar. sim.' id est picturam vel statuam, quae Aristotelem referat *Valla* 7 1 'Et iubet' et vult *Valla* 2 'Pluteum' armarium . . . *Valla* φ χ 9 Aristophanes (in comoedia quae *Nephele* inscribitur *add. Valla*) lacerat Socratem et discipulos ipsius (eiusque disc- φ, *add.* quod sint cinaedi), cum sit et ipse peior plerisque (et *et pler- om. Valla*) *Valla* φ 11 *Hisp.* hirsuta φ μ 12 'Atr. an.' fortem *Valla* 15 'Peribomius' nomen cinaedi (Cybelis Matris Deum), qui impudicitiam publice professus est *Valla* 21 1 'Clunem agitant' . . . ad consentiendum et patiendum stuprum φ; ad st- *Valla* 2 *Cev.*] inclinantem (decl- te *Valla*) ad stuprum *Valla* φ μ 3 'Sexte' senator *Valla*; nomen senatoris . . . φ 27 Hic Caesaris uxorem adulteravit et, licet testimonio Ciceronis gravatus sit, tamen absolutus est *Z*; Clodius . . . uxorem Caesaris in templo Bonae Deae corruptit et licet—absolutus est (= *Z*) φ χ; Clodius

1 luc- *Pith.* loc- P S 3 invenias P¹ 5 vel *Schop.* ut P S
 11 <'marisce'>nam P 12 medica P¹ S 15sq. prof- v. *Suppl.*
 peressus P S 16 *schol.* 21 1 post 21 2 in S 17 ego—cev-] e.
 g. c. u. t. S 19 Clodius om. S

moechos): Clodius G. Caesaris uxorem adulteravit et, licet Ciceronis testimonio gravatus sit, tamen absolutus est. 2 Clodius et Clodium accusabit, qui et in templo Bonae Deae Caesaris adulteravit uxorem? 29 1 [27 Clodius] (*Tragico pollutus adulter concubitu qui tunc leges revocabat* 5 *amaras*): Domitianus fratris filiam Iuliam in adulterio sumpserat maritam, cum ipse de adulteris leges severissimas promulgaret. 26^d (*Si fur displiceat Verri homicida Miloni*) Clodius accus(et moechos Catilina Cethegum in tabulam Syllae si dicant discipuli tres): id est: si proscriptio 10 displiceat Syllae vel Mario ceterisque, potest etiam Verri fur displicere et moechus Clodio. 28 1 *In tabulam Syllae*: proscriptorum. 2 (*Discipuli tres*): Caesar, Pompeius et Crassus. 3 Vel: Augustus, Lepidus, Antonius. 29 2^{s.} et inf. *Qualis erat n(uper) t(ragico pollutus adulter concubitu)*: 15

L. Syllae neptem . . . vitiavit . . . et, licet . . . Ciceronis accusatione gravatus sit, tamen absolutus est *Valla*; 'Clodius acc. moech.' quippe qui etiam in templis stupra commisit, cum in Bonae Deae templo Caesaris uxorem per adulterium compresserit *Valla*

28 1 'In tab. Syllae' id est in proscriptionem . . . ζ 2—3 'Disc. tres' id est Caesar Iulius, Pompeius et Crassus φ ζ ψ; Caesar, Pompeius, Crassus, qui Syllae fuere discipuli. aut certe 'tres discipuli' Augustus, Lepidus, Antonius: hi enim triumviri fuerant, qui per cruentum foedus iuncti cum rempublicam invasissent, Syllam imitati senatum et equestrem ordinem proscripsere (ut ait *Probus*) *Valla* 29 Claudium Caesarem incessit, cuius consilio (qui cum Silio *Schulz*) occisa Messalina uxore impudicissima Iuliam Agrippinam fratris filiam, matrem Neronis, revocatam ab insula in matrimonium accepit concesso iure nuptiarum ex senatus consulto. quam dicit frequenter abortum appetisse apud Claudium [Clod- *ed.*], ne ex ipso coheredem Neroni filio [-um *ed.*] pareret, cui praeparabat imperium (ut *Probus* inquit). 'tragico' igitur 'concubitu' infamis Claudius, qui scelerate fratris Germanici [Domitiani] filiam Iuliam in adulterio sumpserat maritam [-tata *ed.*], cum ipse de adulteris leges saevissimas promulgasset *Valla*; Claudium Neronem significat, qui deserta coniuge Messalina Iuliam matrem Nero-

3 accusabit *Buech.* -vit **PS** 6 domiciani **PS**, corr. *Cram.*, ante fratris *transp. W.*; Titi *suppl. Iahn* 9 acc¹ **S** 14 Vel *edd.* ut **S** (*ex &*) **P**

‘tra⟨g⟩ico concubitu’ id est scelerato. 3 (*Tragico pollutus adulter*) *concupitu*: Claudium Caesarem dicit, qui occisa Messalina, uxore inpudicissima, Agrippinam, ⟨filiam⟩ fratris Germanici, matrem Neronis, revocatam ab insula in
 5 matrimonium accepit concesso iure talium nuptiarum ex SC. quam dicit etiam frequenter abortum fecisse, ne ex ipso coheredem Neroni filio pareret, cui illa praeparavit
 17 r. imperium. | 32^s *Cum tot abortivis (fecundam Iulia vulvam solveret)*: haec potionem accipiens abortum faciebat,
 10 quippe quae per adulterium concipiebat. 33^d (*Effunderet*) *offas*: pro partu. 34 1 *Fictos (contemnunt Scauros)*: hoc est philosophos. 2 (*Fictos*) *contemnunt [I]Scauros*: qui severitatem Scaurorum simulant. 37^s *Clamantem t(o- tiens) u(bi) n(unc) l(ex Iulia)*: Iulius enim Caesar de-
 15 derat legem de damnandis adulteris. 40^d *Tertius e caelo cecidit Cato*: multi fuerunt Catones, e quibus duo nobilissimi, prior censor, posterior nepos ipsius, qui de mortis loco dictus est Uticensis Cato. 41^s *Hirsuto*: piloso. 43^d [*Ac iura*] *citari (ante omnes debet Scantinia)*:
 20 lex de infamibus puniendis. 46 1 *Defendit numerus (iunctaeque umbone phalanges)*: metaphora a bellantibus.

nis duxit et sic in adulteros puniendos leges scripsit amaras φ; Neronem dicit . . . sive, quod verius est, Claudium, qui cum Agrippina, quae et Iulia dicta est, filia fratris sui Germanici, concumbebat (-cubuit χ) . . . φχ; quadam potionem abortivum faciebat, ne ex Claudio coheredem Neroni filio pareret, cui praeparabat imperium φ (ne—imp. etiam μ)

32 ‘Fec. Iulia vulvam’ haec enim potionem accipiens abortum faciebat, quippe quae per adulterium concipiebat *Valla*
 33 ‘Offas’ pro partu posuit *Valla* 34 ‘Fictos cont. Scauros’ qui Scaurorum severitatem simulant *Valla*; . . . qui simulant se habere severitatem Scaurorum φ 40 . . . multi quidem Catones fuisse leguntur, sed duo inter ceteros nobilissimi, prior Censori[n]us, posterior qui de loco mortis Uticensis est appellatus *Valla*

3 uxorem inpudicissimam P S, v. *Suppl.* filiam v. *Suppl.*
 4 germani P S 6 . s. c. P S 9 haec v. *Suppl.* nec P S 10 quae v. *Suppl.* qui P S 12 qui v. *Suppl.* qua P¹ S 19 Actu recitari P S

2 (*Defendit numerus*): multitudo, id est: quia multi sunt, ideo non accusantur. ut Lucanus (V 260) 'quidquid multis peccatur, inultum est'. 49 *Media non lambit (Cluviam nec Flora Catullam)*: nomina meretricum lambentium. 50 1 (*Morbo pallet utroque*): utriusque sexus. 2 Inguina 5 lambentis et <stu>pru<m> patientis. 3^s *Hippo subit (iuvenes)*: vir gravis corrumpitur a iuvenibus. 4 *Morbo pallet utroque*: nam et patitur et lambit. 53 1^d [52 *Novimus aut ullo strepitu fora*] (*Colyphia*): pulmentum. 2 Sive membrum virile. 3 (*Comedunt colyphia*) *paucae*: 10 athletarum cibum dicit. 56 (*Levius*) *torquetis Arachne*: Arachne virgo Lydia lanifica, quam Minerva pro invidia, quoniam ausa fuit in certamine provocare, in araneam convertit. 57^s *Horrida (quale facit residens in codice paelex)*: magno odio habetur apud uxorem ea, quae 15 domino miscetur. ergo hanc insequens gravioribus poenis domina catena vinctam infigit codici atque ita iubet facere pensa. 58^d (*Notum est cur solo tabulas*) *inpleverit Hister (liberto)*: Hister quidam infamis, qui omne patrimonium suum vivus donavit uxori ob hanc scilicet causam, ut 20 simul dormiat is, qui et illum corrumperet et illi misceretur. 59 (*Dederit vivus*) *cur multa puellae*: consciae sibi, quae noverat eum corrumpi. 60 *Dives erit (magno quae*

46 2 *Numerus*] multitudo peccantium φ χ λ μ; . . . quia quod multitudo delinquit inultum solet esse (cf. Lucan.) φ 49 'Tedia non lambit Cluviam' nomina haec sunt meretricum *Valla* 50 *Morbo pallet utroque*] patientis et inferentis stuprum φ χ μ 53 2-3 *Colyphia* generaliter vocantur omnes athletarum cibi. est autem proprie colyphia panis in similitudinem virilis membri φ χ, *sim. ψ*; membri virilis formam . . . *Valla* 56 'Arachne' virgo lanificii peritissima κ; quae a Pallade ob invidiam in araneam conversa fertur *Valla* 59 *Consciae* (inquit Probus), quae dominum suum novit praecidi *Valla* 60 'Quae dormit tertia lecto' aut ordine aut nomen proprium est (ut putat Probus, et 'dormis' et 'eris' legit secundae personae) *Valla*; vel proprium vel tertia uxor, quae super alias viventes additur adhuc Z; vel nomen est meretricis proprium vel tertia ipsa, id est cum duobus adulteris . . . φ

6 stuprum pat- W. (cf. 21 1 et Suppl.) propat- P S 8 nam ante 7 Morbo P S 12 Ar- om. S virgo bis P 21 dormiret Pith. illum] sc. Histrum illi] sc. uxori

dormit tertia lecto): quae vide[r]at corrumpi senem et
 17 v. taceat cupiditate habendi. | 61^d *Cylindros*: gemmas pre-
 tiosissimas. 63 1^s *Dat veniam corvis*: proverbium est
 corvorum de inpudicis: [2 (*Dat veniam corvis vexat censura*
 5 *columbas*): discrevit sexum per aves.] unde dicunt coire
 corvos per os et sic parere. 3^d (*Vexat*) *censura columbas*:
 retulit ad simplicitatem, ideo dixit 'columbas'. 65 1 *Stoi-*
cidae [q. e. f. L.]: qui sub praetextu philosophiae in-
 famiam exercent. 2^s [66 *Non facient alii*] (*Stoicidae*):
 10 dicit contumeliose, ut Vergilius (Aen. IX 617) 'o vere
 Phrygiae', Persius (I 4) 'Troïades'. 66^d *Multicia* [sumas]
 vestes molli<o>ri textas subtemine, quibus solent uti
 puellae. 68 1^s *In Proculas (et Pollittas)*: in criminosas.
 2^d (*Est*) *moecha Fabulla*: [3 (*Proculas et Pollittas*) <no-
 15 mina in>decent<i>um.] una de meretricibus. 71^s [*Ae-*
stuo] *nudus agas* (*minus est insania turpis*): minus nuditas
 quam infamis ignominia deridetur. 73 *Vulneribus* (*cru-*
dis): recentibus bellis. 75^d *Quid non proclames in cor-*
pore (*iudicis ista si videas*): vestimenta. 76 (*Quaero an*
 20 *deceant*) *multicia testem*: id est: si testimonium admittitur

61 *Cylindros* vocat magnos lapides et pretiosas gemmas φχ, *sim. L* 63 Proverbium de corvis fuit in inpudicos, quod ore coire dicantur *Valla*; Proverbium est de impudicis et falsis iudicibus. describit autem sexum per aves φ; Corvos vocat viros propter libidinis obscenitatem: feruntur enim corvi ore coire; econtra mulieres vocat columbas propter simplicitatem et innocentiam (castitatem L) Lφχ 65 'Stoicidae' contumeliose feminino usus est genere. sic Homerus (Il. VII 96) 'ὦ μοι ἀπειλητῆρες, Ἀχαιοὶ, οὐκέτ' Ἀχαιοί' et Virgilius 'o vere Phrygiae, neque enim Phryges' et Persius 'ne mihi Polydamas et Troïades Labeonem praetulerint' *Valla*; contumeliose... 'Stoicidae' pro 'Stoici'. tale quid et Virgilius... 'o vere Phrygiae, neque enim Phryges' φχ 73 'Vuln. crudis' recentibus *Valla*, (necdum sanatis *add.*) ψμ 75 *ista*] vestimenta (*Lψμ*) *ista tam turpia Valla*

1 videat *Pith.* 5 unde] *fort. nam* (uñ *pro nã?*); dic.—par., unde prov.—inp. *Schulz, at cf. Suppl.* 11 *frigii PS* 12 *molliori Iahn* textu sub stamine *PS, corr. Iahn duce Pith.* 14 sq. nomina indecentium *W.*

huius, qui his vestibus utitur. 78^s *Cretice*: hoc nomine vel quemlibet nobilem significat vel Iulium Creticum, qui sub Caesaribus inlustris causas egit. 79 1^d *Et dabit in plures*: per te, inquit, Cretice, et alii conrumpentur. 2^s [81 *Uvaeque conspecta livorem*] (*Sicut grex totus in agris unius scabie cadit et porrigine porci*): et Vergilius (Ecl. I 51) 'ne mala vicini pecoris contagia laedant'. 81 (*Uvaeque conspecta livorem ducit ab uva*): hoc ex proverbio sumitur 'uva uvam videndo varia fit'. 83^d *Accipient te* (*paulatim qui longa domi redimicula sumunt frontibus*): id est: in numerum cin<a>edorum paulatim suscipiaris. 86 1^s [*Atque Bonam*] *tenerae*: id est novellae. 2^d *Abdomine* [*porcae*]: pinguedine. 3 *Aut*: intestinis [ut matronae]. 88 (*Exagitata*) [*Femina limen*]: pulsa. 89 1^s *Solis ara deae* (*maribus patet ite profanae*): <id est matronae>. haec Cereris sacra faciunt. 2^d (*Solis ara deae maribus patet ite profanae*): cum magis nefas sit ad hoc virorum quemquam accedere, magis viris patet et mulieres pel-luntur. | 99 1^d [90 *Tibicina cornu*] (*Ille tenet speculum pathici gestamen Othonis*): occiso Galba imperatore Otho

78 'Cretice' invehitur in Metellum Creticum, eum qui vicit Cretenses (ut Probus ait) *Valla*; invehitur—Creticum Metelli filium ex victoria hoc nomen habentem, sicut et pater eius ex Numidia Numidici cognominis augmentum accepit . . . φ; Metellum dicit Creticum: ex victoria ei nomen . . . χ; Creticus . . . causidicus . . . φ 79 1 'Et dabit in plures' per te, inquit, (o *add. Lφ*) Cretice, (iam multi corrupti sunt *add. Lφ*) et alii (*om. Lφ*) conrumpentur *Valla Lφ* 86 2—3 'Placavit abdomine' pinguedine (*sic et Lψμκ*) vel intestinis *Valla*; abd. dicitur pinguedo . . . φχ 88 *Exag.*] *expulsa Lφ* 99 1 Occiso Galba Otho Romanum invasit imperium securus in expolienda forma, ut humecto [tumido *ed.*] pane faciem liniret [*len- ed.*] ad sollicitandum candorem; utebatur et speculo. hunc vitae eius comparabilis Vitellius bello civili confecit apud vicum Bebriacum. quod bellum descripsit Cornelius Tacitus, post Cornelium vero (ut Probus inquit) Pompeius Planta, qui ait

2 vel 2. *Pith.* ut PS 4 conrumpentur *v. Suppl.* -untur PS
8 ex *Cram.* et PS 13 intestinis *Schop.* stent in his PS, *v. Append.* ut matr. *hic secl., infra inser. W.,* ut in id est (vel *Iahn*) *corr.* 19 *v. ad schol.* 100 2

invasit imperium, qui tam probrosae curae in pol<i>enda
 forma fuit, ut humecto pane faciem liniret ad sollicitan-
 dum candorem; utebatur et speculo. hunc [in]compara-
 bilis vitae bello civili Vitellius vicit apud Bebri<a>cum
 5 campum. horum bellum scripsit Cornelius, scripsit et Pom-
 peius Planta, qui ait Bebriacum vicum esse a Cremona vice-
 simo lapide. 92 1^s *Cecropiam soliti Baptae (lassare Cotyton)*:
 'Baptae' titulus libri, quo impudici describuntur ab Eupolide,
 qui inducit viros ad imitationem feminarum saltantes.
 10 2 [*Lassare*] 'Baptae' autem molles: quo titulo Eupolis
 comoediam scripsit, ob quam ab Alcibiade, quem praecipue
 perstrinxerat, necatus est. 3^d (*Soliti Baptae lassare*) *Coty-*
ton: ad exemplum Cotyti dicitur Isiaca sacra celebrari.
 95 1 (*Vitreo bibit*) ille *Priapo*: in vitreum penem. 2 Quos
 15 appellant drillopotas. 97 *Galbina rasa*: polita tenuiter

Bebriacum vicum distare a Cremona viginti milia passuum
Valla; . . . cuius imperium, id est Galbae, cum invasisset Otho,
 omnis cura ei fuit in polienda forma, adeo ut pane humectato
 faciem liniret ad provocandum candorem speculumque Galbae . . .
 concupisceret . . . hunc quoque Othonem Vitellius postmodum
 occidit . . . φ

92 (Probus . . .) 'Baptae' comoedia (inquit) fuit in qua
 Eupolis inducit viros Athenienses ad imitationem feminarum
 saltantes lassare psaltriam Cotyton. Cotytos apud Athenienses
 psaltria, quam effeminati colunt noctu illam adeuntes. 'Baptae'
 titulus libri, quo impudici describuntur *Valla*; 'Baptae' mol-
 les, quo titulo Eupolis comoediam scripsit, ob quam Alcibiades,
 quem praecipue perstrinxerat, nec(a)vit ipsum . . . *Valla*;
 'Baptae' quo titulo scripsit Eupolis comoediam, in qua inducit
 viros Athenienses ad imitationem feminarum lassare <p>sal-
 triam Z; 'Baptae' dicuntur molles et effeminati, quo titulo
 Eupolis et Aristophanes (!) comoediam scripserunt, in qua in-
 ducunt Ath. viros ad imit. fem. colere Cotyton, id est psal-
 triam deam Atheniensium, quam effeminati colebant φ
 95 'Vitreo Priapo' id est verendo vitreo φ 97 'Rasa' te-
 nuiter peracta *Valla*; tenui L

3 compar. v. *Suppl.* 4 <eius> vitae *Leo, cf. Suppl.* vebri-
 cum S -ycum P 5 campum *Lipsius* campaniae PS 6 be-
 bryacum P 7 solitib: (-b, s) apte PS 8 impudices dis-
 scrib- PS 9 virum PS salt-] calc- PS 11 comid- P
 alciviade PS quem v. *Suppl.* qua PS 13 dicuntur *edd.*
 issiaca PS 15 drillopotae PS, *corr. Schurzfl.*

[rasa]. 98^s *Et per Iunonem (domini iurante ministro):* non per Iovem, sed per Iunonem. ita, inquit, servi iurant, quomodo solebant ancillae matronis adulantes 'per Iunonem tuam'. 100 1^d [99 *Ille tenet*] (*Actoris Aurunci*): nomen cuiuslibet fortis viri. 2 Aut ipsius Othonis. 5
 99 2 (*Ille tenet*) *speculum*: in domo Neronis invenerat [Nero]. 100 2 *Actoris Aurunci (spolium)*: adlusit de Virgilio (Aen. XII 94). 103 1 [*Historia*] *speculum civilis (sarcina belli)*: Otho bellum civile gessit cum Vitellio et victus semet occidit. 2 [105 *Et curare cutem*] (*Civilis* 10 *sarcina belli*): ironia, quando secum speculum portabat [Galba]. 106 1 *Bebriacis campis*: Bebriacus campus inter Hostiliam et Cremonam, ubi pugnavit Otho cum exercitu Vitelliano et victus se ipsum iugulavit. 2 (*Spolium adfectare Palati*): occiso⁺Vilo principe, ex quo Nero oppres- 15 sus est, non multo post Otho effeminatus occupavit imperium, quem Palatus infamior occidit. 3^s *Bebriacis [Palati]*: Pontici<s>. 4 Unde pelles bebrinae. 107 *Et*

98 'Et per Iun.—ministro' servo: sic enim solebant iurare matronis ancillae adulantes 'per Iunonem tuam' *Valla* 100 2 hic rursum Virgiliano abutitur illo versu 'A. A. sp.' *Valla*; hoc hemistichium sumptum est de Virgilio . . . *Lχ* 106 'Bebriaco campo' (quem) in Ponto, (et) hinc pelles bebrinas (dictas esse *Probus* ait) . . . *Valla*; Bebriacus campus inter Hostiliam et Cremonam est, ubi pugnavit Otho adversus exercitum Vitellii . . .
 +Valo Vitellii exercitus duce, ex quo fuerat oppressus Nero. at non multo post Othonem extinctum effeminatissimus Vitellius occupavit imperium et Othonis molles habitus, quos Palatus infam<i>or sustulerat, sibi dari iussit, ut eis uteretur *Valla*

1 *secl. Iahn* 3 *matr- v. Suppl. neronis PS* 6 *schol. 99 1 ante schol. 92 1 legitur; post 5 Othonis sequitur in PS: subnotatio huius (sc. versus) retro scripta est, ubi (ue s, uue p) palma: in P signum ∇ adscriptum est quod etiam ante schol. 99 1 Tibicina invenitur, in S utroque loco omissum est 7 *secl. Iahn (v. Append.)* 12 *secl. Iahn; v. ad sch. 106 2 bebriacos campos S ex -us corr. P* 15 +Vilo] Valo *Valla*, vili illo *Cram., Galba Schop.; fort. huc pertinet illud Galba olim marg. adscrtum scholio 103 2 adglutinatum* 17 *Palatus v. Suppl. -tos PS palato Cram., at v. Append.* *Bebr. S* 18 *Ponticis W., v. Append.**

pressum (in facie digitis extendere panem): quod infames faciunt ad excandendam cutem. 108 *Quod nec (in Assyrio pharetrata) Samer(amis orbe)*: Sameram, uxor Nini, Babylonis civitatis conditrix, a filio suo, cuius concubitus
 5 incese concupierat, occisa est. 112^d (*Crine senex*)
 18 v. *fanaticus albo*: libidinosi reprehensio est. | 121^s *O proceres (censore opus est an haruspice nobis)*: quo emendet aut quo expiet. 124 1 [*Segmenta*] (*Longos habitus*): profusae vestes. 2 (*Segmenta*) [*et longos*]: fimbriatas sive
 10 vittatas vestes, quibus matronae nov[a]e nuptae cooperiuntur. 3^d *Et flammea sumit*: vestis pudori similis, quam propter pudorem accipiebant. 125^s *Arcano (qui sacra ferens nutantia loro sudavit clypeis ancilibus)*: qui aliquando Salius Martis fuit — nobilis nam erat [126 *Sudavit*
 15 *clypeis*] Gracchus —, accepit vestem novae nuptae. 126^d *O pater urbis*: apostrophe cum indignatione ad Martem, auctorem generis Romani. 127^s *Unde nefas tantum*: libidinis. 128 1 (*Gradive*): 'Gradivus' Mars. 2 *Urtica*: prurigine. 131 1 *Nec quereris patri*: id est Iovi. 2 (*Cede*
 20 *severi*) *iugeribus (campi)*: recede de Martio campo, quem tenes, qui tibi coeperat aedificari. hic enim ager Tarquini Superbi fuit et post illius fuga[m] Marti consecratus dictus est Martius campus. 132^d [*Iugeribus campi quem*

118 'Cornicini' . . . et est metaphora, id est expertus (ut Probus inquit) naturam eum quasi [-que ed.] grande[m] habere cornu *Valla* 124 'Segmenta' . . . quibus nova nupta amicitur (ut [et ed.] ait Probus) *Valla*; segmentum est vestis muliebris, qua nuptae utuntur . . . φ 125 'Qui—loro' qui aliquando Salius fuit Martis: nobiles enim erant et illi (!) *Valla*; id est: qui Salius <fuit> Martis: nam et horum . . . (?) . . . nobilis . . . (?) . . .; facit et exclamationem ad ipsum Martem L 131 1 *patri*] Iovi L μ 2 . . . recede a campo Martio . . . qui campus . . . Tarquini Superbi fuit, a quo Marti sacratus est . . . φ χ; Martium dicit campum *Valla*

1 quod *Iahn* quia PS 2 eudem PS, corr. *Cram.* 3 sam. S
 6 libido sine reprehensione PS, corr. *W. duce Hofm.-Peerlk.*
 7sq. qui . . . qui *Schop.* 9 fimbriatus S -tum P, corr. *Ferrar.*
 14 nam *Leo* non PS 22 post . . . fugam *Cram.* pro . . . fuga PS
 23 Iug. S quem] quam S, ante corr. P

neglegis] (*officium cras primo sole mihi peragendum*): quidam dicit tamquam interrogatus. 133 *In valle* [*colle*] *Quirini*: ad invidiam dixit 'in valle'. 136^s [*Fient ista*] (*In acta referri*): annalibus contineri. 139 *Sed melius* (*quod nil animis in corpora iuris natura indulget*): quia 5 illis fecunditatem natura non tribuit. 142 1^d [140 *Natura indulget*] (*Nec prodest agili palmas praebere Luperco*): steriles mulieres februantibus Lupercis se offerebant et ferula verberabantur. [[2 Hoc [h]omine qui<a> infra tectum multi seminis credit<ur fieri> contractus,] ob fecunditatem 10 dandam. 3 (*Palmas praebere Luperco*) 'palmas' ideo dicit, quia aut catomus levabantur aut quia a manibus vapula<ba>nt, <ut> conciperent statim. [(2) tunc et in solio, si qua post ipsum descenderit, statim concipit.] 141 1^s *Turgida*: 'turgida[s]' genus medicamenti, quod praegnantem 15 facit et fecundas. 2 (*Condita*) *pyxide Lyde*: de Lydia, unde Arachne fuit in araneam conversa. haec inclusa in pyxide araneam texit, quae permixta potui fecundam mulierem de sterilitate facit. 3 *Turgida*: adludens: crassa simpliciter intellegendum est aut praegnans. 143^d *Vicit et* 20 *hoc monstrum t(unicati fuscina Gracchi)*: qui toga deposita, qua utebantur senatores, tamquam infamis tunica uteba[n]tur. 144 (*Lustravitque fuga mediam*) *gladiator*

136 *In acta referri*] in annalibus scribi μ 142 . . . aut enim osculabantur (!) aut manibus vapulabant a Luperco quae volebant concipere. dicitur (ut Probus ait) et <in> solio, si qua post ipsum descenderit, statim concipere *Valla* 141 *Lyde*, quae in araneam versa est ira Palladis, pro ipsa aranea posita est. haec inclusa in pyxide fecundam mulierem de sterili facit *Valla* 143 . . . ergo hinc lanistae (ut Probus ait) vel<ut> dissoluti dicuntur, quod tunicis uterentur *Valla*

9 verberantur S omine *Cuper* quia *W.* 10 creditur *Cram.* fieri *suppl. W.* 12 catomus] -mis *Salmas., v. Append.* levab- *Roensch.* letab- *PS, v. Append.* 12sq. vapulabant *v. Suppl.* 13 *suppl. W.* conciperent statim *W.* cunei per civitatem *PS* 14 ipsam *S* 15 turgida sunt *Cram.* 16 lide de lidia *PS* 19 grassa *P* 22 qua *S* quam *P* ins famis *Heinr. -es PS* 22sq. *corr. Heinr.*

harenam: Gracchi filius habitu gladiatores plerumque ad infamiam aequabat: retiarius enim fuit. 145^s *Et Capitolinis (generosior et Marcellis)*: quae tunc nobiles intra urbem fuerunt familiae. 147^d *His licet ipsum (admoveas)*: nobilibus [non] Neronem. nam Nero et ipse pugnavit in gladiatorem et cantavit in scaena in habitu cithar(o)edi et
 5 *19r. Q* auriga fuit. | 148^d *Retia misit*: quia et Gracc(h)us minor pugnavit. 149^s *Esse aliquos: ἐκφώνησις* [proclamatio].
 10 *150^d Et ^tpontum*: Virgilius (Aen. VI 302) 'ipse ratem ^tponto subi(g)it velisque ministrat'. 151 1 (*Una transire vadum tot milia cumba*): (Verg. Aen. VI 315) 'nunc hos, nunc accipit illos'. 2 Hic comparationem contra naturam inducit. 152 (*Qui nondum*) *aere lavantur*: infantes, quia pueri non dant balneaticum. 155 1^s *Quid Cremer(a)e*
 15 (*legio*): qui apud Cremeram occisi sunt. ibi enim trecenti Fab[ric]ii occisi sunt victi a Veientibus, quos Camillus superavit. 2^d [*Quid Cremer(a)e legio*] et *Cannis (consumpta iuventus)*: in Apulia vicus nomine Canna(e), ubi Hannibal
Q omnem, exercitum Romanorum occidit victis Paulo et
 20 Varrone consulibus — tantum enim populum superavit, ut tribus modiis anulorum impletis ad Cart(h)aginem miserit, — e quibus consulibus Varro fugit, Paulus occubuit.

147 *ipsum*] Neronem $L\varphi\psi\mu$; (Probus) Gracchus (inquit) gladiator munere Neronis pugnavit, et Nero ipse pugnavit gladio et in scaena cantavit et auriga fuit *Valla* 148 *Retia misit*] retiarius fuit Gracchus φ 152 Quia pueri gratis balnea intrabant, quamdiu fuissent impuberes (ut ait Probus) *Valla* 155 Cremera est oppidum (!) Italiae, ubi trecenti Fabii a Veientibus sunt interfecti. Cannae quoque vicus est Apuliae, apud quem omnis paene iuventus Romana consumpta est ab Hannibale φ , *sim. \chi*; apud Cannas vicum Apuliae Hannibal Romanum fudit exercitum et consulem Paulum L ; 'Cannis cons. iuv.' ubi Paulus Varroque consules superati. Varro quidem fugit, Paulus vero libenter occubuit *Valla*

1 gladiatores *Buech.* -is PS 5 *secl. Schop.* Neronem *Heinr.*
 -ni PS 7 minor *v. Append.* 8 *secl. Heinr.* 9 conto *Verg.*
 15 Cremerum PS occisi PS caesi Q 16 *corr. Cram.* 17 Quid
 —legio *om. S* legi & Q 18 Cannae *Buech.* 19 victus S
 20 barr- PS , *sic et infra*

156 1^s *Tot bellorum (animae):* tot animae, quae in bellis occisae sunt. Lucanus (VI 786) 'inlustres bellis animas'.
 2^d (*Quotiens*) *hinc talis ad illos (umbra venit):* Virgilius (Aen. VI 229) 'idem ter socios pura circumtulit unda'.
 157 *Lustrari:* expiari. 159 (*Arma quidem ultra*) *litora* 5
Iub(ernae) p(romovimus et modo captas Orcadas): id est: vincendo ultra Britannias quoque transivimus, sed deteriores sumus his, quibus imperamus. Iuberna insula Britanniae est sita in Oceano mari, a qua non longe sunt triginta aliae Orcades insulae, quas Mela (III 6, 7) scribit. 10
 161 [*Orcadas*] *ac minima (contentos nocte Britannos):* circa solstitium in Britannia prope nox nulla est hac scilicet causa, quia vicinus occasus et ortus ibidem solis. ex obliquo enim terrae margine lux redundat et proximam sibi insulam et noctibus et diebus inlustrem reddit. 163^s (*Et* 15
res): infectores, qui inlata carpiunt. 2 (*Quod enim dubitant componere crimen*) in dominos q(uotiens rumoribus ulciscuntur baltea): quotiens servi loris caesi confingunt plura cum rumoribus malis [111¹ (*Ulciscuntur baltea*): quasi verberati.] et ita se putant vindicari, si crimina in dominos dicant. 111^{2d} (*Rumoribus*) ulciscuntur: detrahendo. 112 *Compita*: quadruvia. 113 (*Miseram vinosus*) inebriet aurem: impleat te ebrius secretis dominorum. 114 (*Illos ergo roges quidquid paulo*) ante petebas (a nobis taceant illi): ut tacere possint. 115^s [*A nobis*] (*Sed prodere malunt arcanum quam subrepti potare Falerni*): magis prodere secreta dominorum cupiunt quam bibere. | 53 r. 117^d *Pro populo (faciens)*: sacrificans virgo Vestae. Virgilius (Ecl. 3, 77) 'cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito'; cum pro frugibus sacrificem, tu venito. 118^s *Vivendum r(ecte cum propter plurima tunc his praecipue causis ut linguas mancipiorum contemnas)*: propter plurima quidem recte vivendum est, sed maxime propter servos, ut eos possis contemnere nulla territus conscientia. 125^d (*Post damnum*) temporis [et spes]: tanti temporis damnum. 126 (*Festinat enim*) decurrere velox (*flosculus angustae miseraeque brevissima vitae portio*): id est: iuventus decurrere et senectus <obrepere> properat. Virgilius (Aen. X 467) 'breve et inreparabile tempus omnibus est vitae'. 128^s [*Portio d.*] (*Serta unguenta*): coronas et aromata. 130^d (*Numquam pathicus tibi*) deerit amicus: corrumpi volens aut corruptus. 131¹ (*Stantibus et salvis his*) collibus [undique ad illos]: id est VII montibus, supra quos posita Roma est: Palatino Tarpeio Viminali Aventino Esquilino C(a)elio Vaticano. 2 (*Undique ad illos convenient et carpentis*) et navibus omnes: ad corruptores et

128 *Serta*] coronas (floreas add. φ ψ) φ ψ μ

4 rumor- Orelli iunior- P S 5 quasi] quia sint Orelli
 12 vivere P S, corr. Schop. 14 vitulam S Σ profug- P
 15 sacrificavero pro fr- Σ 16 schol. 118 in mg. S 19 pos-
 sis Schop. -it P S 23 obrepere properat W. duce Schurzfl.
 properare P S

itinere venient et mari. **133** 1 (*Qui digito scalpunt uno caput*) [*altera maior*]: cinaedi, cum muliebri more componunt caput. 2^s (*Altera maior*) *spes s(uperest)*: multos inberbes habes tibi crescentes. **134**^d *Tu tantum erucis (inprime dentem)*: dicitur haec herba ad coitum inflammare et vires dare. **135** (*Haec exempla para felicibus*) [*Clotho*]: respondet Naevolus. **136** (*Si pascitur*) *inguine venter*: usque adeo infelix sum, ut vix industria inguinis ad victum sufficiat. **137** 1 [*Quos*] *t[h]ure minuto*: tus minutum manna<m> vocant. 2 (*O parvi nostrique lares quos ture*) *minuto (aut farre aut tenui soleo exorare corona)*: id est: <in> invidiam deorum penatium loquitur. **138** (*Tenui soleo*) *exorare corona*: 'tenui corona exorare' id est coronatos floribus precari. **139** 1 *Quando ego f(igam aliquid quo sit mihi tuta senectute a tegete et baculo)*: constituam, componam, habeam. 2 Aut certe, quia in ceris vota figurantur apud templa. 3 Ut habeam ubi maneam aut supra quod incumbam senex. **140** 1^s *A tegete [et b.]*: casa mendici. 2 (*A tegete et baculo*): a mendicitate. 3 (*Vigintimilia*): deest 'ut sint'. **142** 1^d *Sed quae Fabricius (censor notet)*: plus sibi decem libris argenti petit. Fabricius censor collegam suum notavit in senatu, quia supra decem libras argenti unam phialam invenit: antea enim non licebat senatorem plus habere. | 2^s (*Et duo fortes de grege Moe-sorum*) [*144 Securum i.*] [nec] lecticarios ait. **143** (*Qui me cervice locata securum iubeant clamoso insistere circo*):

133 *Qui digito scalpunt uno caput*] signum (indicium φ) infamium est uno digito caput scalpere: quod vitium habuit Magnus Pompeius, ut (unde φ) de eo Martialis (*immo Licinius Calvus*: FPL. fr. 18 Mor.) tale epigramma fecerit (-cit φ) 'Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno scalpit. quid dicas hunc sibi velle? virum' L φ (v. *Append.*) **140** 2 *A tegete et baculo*] a mendicitate paupertatis L φ ψ μ

4 inberbes PS 5 verba S 7 respondet *Pith.* -dit PS
 nebulo PS 9 mi. P 10 mannam W. 12 *add. Pith.* 17 Ut
Schop. aut PS hebeam PS, *corr. Pith.* 20 quae] quam
 PS 21 decim P, *ante corr. S*; sic et *infra* 23 *fiol-* PS
 25 *neclecti cyrios S neclecty cirios P, corr. Pith.*

B. T. Scholia in Iuv. vet. rec. Wessner [1941]

11

quorum laturas locem et securus circenses spectem. ali<i>: ut ipsi ferant in lectica. 145 1 (*Sit mihi praeterea curvus caelator et alter*) qui multa<s> f(acies pingit cito): id est opifices, servi argentarii. 2 Laboriosi. 3 Anaglypharii
 5 plastae. 146 (*Facies*): archetypus. 147 *Quando* <ego> p(auper ero): non dico dives, at pauper, inquit, quando ero? nam modo nec pauper sum. ut Ter[r]entius (Héaut. 228) 'nam mihi nihil esse religio est dicere'. 149 1 (*Adfixit ceras*) [*De nave petitas*]: ad auriculas, id est: surda
 10 est. 2 (*Illa de nave petitas quae Siculos cantus effugit*) remige s(urdo): Ulixis. 3 (*Remige surdo*): ut periculum Sirenarum posset evadere.

X

1 *Omnibus* (*in terris quae sunt a Gadibus usque Auroram*
 15 *et Gangen*): τρόπος συνεκδοχή [a parte totum]: nam cum Occidentem significat aut Orientem poeta, locum posuit, Gades scilicet et Gangen, breviter complexus orbem. nam Ganges <fluvius est Indiae, Gades> sunt in Atlantico mari[s] Hispaniae proxim<a>e, ubi se angustissimo divortio inter
 20 columnas Herculis in medi[o]terraneos sinus Oceanus infundit. 4 [*Erroris n.*] (*quid enim ratione timemus aut cupimus*): quid tam merito credis optare? 8 1^d [6 *Votique p.*] (*Di faciles*): satirice: ad mala peragenda faciles. 2^s *Di faciles*: ideo 'faciles', quia preces stultas audiunt.
 25 3^d (*Nocitura toga*) nocitura p(etuntur militia): nocituras optantibus dignitates (dicit). 4^s (*Nocitura petuntur militia*): figurate: verum non ad militiam, sed ad omnia

145 3 *Curvus caelator*] argentarium anaglypharium dicit . . .
 L; plastae L

1 laturas *Salmas.* -us P S spectem *Heinr.* exp- P S 1sq. aliut P S, corr. *Buech.* 2 ipsum *Schulz* 4 anaglyf- P S 5 archy-
 typus P architypiis S, corr. *Schurzfl.* 6 at *Pith.* ut P S 12 pos-
 set *Pith.* -it P S

15 *secl. W.* 17 *Gangen Pith.* -es P S complexus <est> P
 18 *suppl. W.* mari *Pith.* 20 *corr. Pith.* 27 non *Cram.*
 nam P S

re<t>tulit, quae superius comprehendit. 5 *Nocitura (toga nocitura petuntur militia)*: 'toga' in pace, 'militia' in bello. 9^d (*Torrens dicendi*) *copia [m.]*: abundans eloquentia, affluens. 10^s (*Viribus ille confisus perit admirandisque lacertis*) [12 *Sed plures n.c(on)g.*]: ut Milo Crotoniates, qui 5 cum arborem manibus scinderet, brachia eius occupata sunt et a lupis consumptus est. 12^d (*Sed plures nimia congesta pecunia cura*) *strangulat*: apoplexin passi moriuntur. 14 (*Ballaena*) *Britannica m(aior)*: metaphora in Tiberium et divites. 15 1 (*Temporibus diris*) [*Neronis*]: 10 tyrannicis scilicet. 2^s (*Iussuque Neronis Longinum et magnos Senecae praedivitis hortos*) *clausit (et egregias Lateranorum obsidet aedes tota cohors)*: id est: cum iussisset Nero omnes praedari, ad domos divitum milites cucurrerunt. 18^d (*Rarus venit in cenacula*) *miles*: difficile in domos 15 pauperum vadunt nec facilius periclitantur pauperes. 19^s *Pauca licet (portes argenti vascula puri nocte iter ingressus gladium contumque timebis)*: pauca tibi sit et modica res familiaris, metues tamen inpetum militis a Tiberio missi ad proscriptionem tuam. | 21^s *Et mota<e>* 54 r. *ad lunam (trepidabis harundinis umbram)*: ut Virgilius 21 (*Aen. II 755*) 'simul ipsa silentia terrent'. 22 1^d (*Cantabit vacuus coram*) *latrone viator*: vult generaliter intelligi hoc poeta. 2 *Figurate in Nerone<m>*. 23 (*Prima fere vota*) [24 *ut maxima toto*]: iam de votis loquitur, qui<a> 25 homines decepti sunt per divitias. 25 1 (*Sed nulla aconita bibuntur (fictilibus)*): id est: pauper est, venena non timet. 24 (*Ut maxima toto nostra sit arca foro*): usque ad Cerealem praefectum in foro Traiani arcas habuerunt sena-

9 *Torrens*] affluens L; hic exuberans, affluens (*sic et μ*), alias sicca φ ψ

1 quae Iahn quia PS schol. 84 et 85 non distincta
in PS 4 affl- v. Suppl. aut fl- PS 5 crut- PS 6 ar-
borem Cram. -res PS 9 metaf- PS 11 tyrannis S 19 me-
tues W. -is PS 23 vult Schop. ut PS 24 Neronem
Schop. 25 quia Cram. 27 est om. S 29 cerealem S
troiani PS corr. Pith. arcus S

tores, in quibus argentum aut pecunias tutius deponebant. propterea et locus ipse, in quo erant arcae positae, 'Opes' dictae sunt. **25** 2^s (*Nulla aconita bibuntur*) *fictilibus* (*tunc illa time cum pocula sumes gemmata*): bene poeta, ut ostenderet paupertatem innocuam a crimine et divitias malis oppressas, vasa potoria ad demonstrandam diversitatem posuit. **27**^d [*Gemmata*] *e(t) l(ato) S(etinum ardebit in auro)*: vinum a Setia. in aurata, inquit, phiala cum vinum coloratum acceperi[ti]s, time venena. 'ardebit' autem, quia vinum splendesci tin auro. **28**^s (*Quod de sapientibus alter*) *ridebat* (. . . *flebat contrarius auctor*): duo sapientes philosophi Democritus et <H>eraclitus erant, quorum Democritus actus hominum omnes ridebat, Heraclitus vero flebat. **29**^d (*Ridebat*) [*Moverat unum*]: qui hominum facta ridendo damnaret. **31** [**30** *Protuleratque p.*] (*Sed facilis cuivis rigidi censura cachinni mirandum est unde ille oculis suffecerit umor*): id est: non est mirandus adsiduus illius risus, sed mirandum est, unde lacrimae tantae abundarunt Heraclito. **33** *Perpetuo risu* (*pulmonem agitare solebat*): quia ex splene risum dicunt gigni. **34** (*Quamquam*) *non essent urbibus illis* (*praetextae*): in civitatibus illis non erant praetextae, quarum Tarquinius Priscus usum invenit et Romae intulit. **38** (*In tunica Iovis*): palmatam dicit. **37** (*Et mediis sublimem pulvere circi*) *in tunica Iovis* (*et pictae Serrana ferentem ex umeris aulaea togae*): mappam mittentem in circo consulem describit poeta. nam 'tunicam Iovis' togam palmatam dixit Tyria purpura confectam, hoc est Serrana, ut Virgilius (*Georg. II 506*) 'ut gemma bibat et Serrano dormiat ostro'. **39** *Ex umeris a(u)l(aea togae)*: eleganter 'aulaea', quasi latis velis. Cicero (*Catil. II 22*) 'velis amictos, non togis'.

38 *In tunica Iovis*] palmatam togam dicit $L\phi\psi\mu$

6 potaria **S** **8** Setia *Schop.* -io **PS** fiola **PS** **9** coler-
PS — acceperis *Pith.* **9** sq. ard- autem *W.* ardentem **PS**
12 fil- **PS** **15** Pro^{tul}- **PS!** **19** hab- eraclio **S** **26** sq. de-
describit *Pith.* -et **PS** **28** Virg- *Pith.* virgo vestae **PS** **29** vi-
vat **P** bivat *ante corr.* **S** indormiat *Verg.*

40^s *Tantum orbem*: tantam magnitudinem. 43 (*Volucrum*)
sceptro q(uae) s(urgit eburno): virgam (dicit), quam con-
sules portant, quia supra aquilas faciunt. 45 *Et niveos*
a(d) f(rena Quirites): in candidis togis officium facientes.
46 (*Quos sportula*) *fecit amicos*: non amor verus, sed spor- 5
tula. 47 *Tunc quoque m(ateriem risus invenit)*: tunc
quoque invenit Democritus materiam risus, cum haec,
quae in urbe fiunt, necdum essent reperta, id est maior
severitas e[s]t minor vanitas esset. | 48^d (*Cuius prudentia* 54 v.
monstrat summos posse viros et magna exempla daturos 10
vervecum in patria crassoque) sub aere nasci: idcirco vult
Democritum inter stultos prudentissimum natum.
50 1^s (*Ververcum in patria crassoque sub aere nasci*) [51 *Ride-*
bat curas]: apud Abderam, quae fuit patria Democriti.
stulti nam ex caeli vitio vel regionis adsolent <a>estimari. 15
2 Abderita nam fuit Democritus, ubi stulti solent nasci.
3 Id est Achivus. 52^d *Cum Fortunae i(pse) m(inaci*
mandaret laqueum mediumque ostenderet unguem): <dicebat
nam> Fortunam contemnere, nihil se[d] habere quod ab ea
expectaret: quin immo infami digito ei turpiter insultabat. 20
54 (*Ergo supervacua aut pernicioosa*) *petuntur*: ut Demo-
critus dixit. 55 1^s [*Propter q.*] (*Genua incerare deorum*):
in signis. 2 Insignare. 3 Vota facere. 57 (*Longa atque*
insignis honorum) *pagina*: aenea pagina, quae ante ima-
ginem eorum stans omnes eorum gradus honorum inscrip- 25
tos continet: quam nunc dicunt tabulam patronatus.
58^d (*Restemque*) *sequuntur*: trahuntur, ducuntur. 59 *In-*
pacta securis: si 'intacta', nova; si 'inpacta', percussa, ab
eo quod est inpingo. 60 1^s *Caedit (et inmeritis franguntur*
crura caballis): nam poeta equestres statuas et consulares 30

59 *Inpacta*] ab eo quod est inpingo L; inmissa (*sic et ψμ*),
ab inpingo φ

9 et Pith. 11 sub—nasci om. S 14 Abd- Schurzfl. ap-
terim S, add. vel megarim P 15 vel Iahn ut P S 16 Abd-
Iahn a veritate P S 17 archibus P, ante corr. S 18 sq. suppl.
Leo et W. 19 se Pith. ab ea P habeo S 27 duc- Pith.
dic- P S

dixit inmerito poenam sustinere aut ad restem trahi, quod ait 'sequi', aut caedi et conflari, cum illi, quorum fuerunt, propriis moribus dignam sustinuerunt sententiam. ex quo ostendit per hoc vitam nobilium. 2^d [*Crura*] *caballis*: quibus vecti sunt honorati. 61 *Iam strident ig(nes)*: id est: conflatur statua, ut pecunia inde fiat. 63 1^s *Seianus*: Seianus fuit Tiberio usque adeo carus amicus, ut nihil esset quod ei a Tiberio petenti negaretur; usque adeo <autem ingratus, ut> etiam de eo cogitaverit necem, ut dispositis coniuurationis sociis occiso Tiberio ipse regnaret. cum hoc cognovisset Tiberius, super eius nomine epistolam ad senatum misit, et sic per consules damnatus est cum omni progenie sua usque adeo, ut filiam eius virginem iuberet senatus a carnifice stuprari et sic occidi, ut iure videatur fuisse occisa. 2^d (*Ex facie toto*) *orbe secunda*: quia praefectus urbi fuit [62 (*Adoratum populo caput*): venerabile.] secundus a Caesare Tiberio. 64 1 [*Sartago*] *m(atellae)*: conchae breves. 2 Aut vasa turpia. 65 1 *Pone domi laurus*: hoc quasi populus loquitur. 2 (*Duc in Capitolia magnum cretatumque bovem*) [66 *Ducitur unco*]: candidum [66 (*Seianus ducitur unco*): quid tibi, inquit, prosunt dii, cum Seiano nil profuerint?], ut Lucilius (v. 1145 Mx.) 'cretatumque bovem duc[it] ad Capitolia magnum'. 71 [70 *Quo teste probavit*] (*Verbosa et grandis epistula venit a Capreis*): multa nam superflua ad populum principes solent scribere. 72 1^s *A Capreis*: insula in Campania. Virgilius (Aen. VII 735) 'Teleboum Capreas cum regna teneret'. 2^d (*A Capreis*) [*Interrogo sed quid*]: ibi nam Nero habitabat. 74 1^s [73 *Turba Remi s. f.*] (*Si Nortia Tusco*

63 2 *Toto orbe secunda*] post Claudium (!) φ ψ μ 74 1 *Si Nursia Tusco favisset*] *Fortuna* quae apud Nursiam (-um cod.) colitur L; *Nursia*] pro *Fortuna* φ ψ μ

2 caedi *Buech.* certe P S illi quorum *Buech. duce Pith.*
 inimicorum P S 8 sq. *suppl. W. duc. Iahn et Barth.*
 9 ut 2. *Iahn et P S* 13 sq. *senatura carn-* P 14 *videretur*
Pith. 16 *venerabile W. -lis P S* 22 *Lucil- Dousa lucret-*
 P S 23 *duc L. Mueller* *magnum W. -a P S* 24 *pbab. S*
 . p. b. P 27 *capr(a)eis P S* 29 *Turbare. mi. (m. P) s. f. P S*

favisset): Fortunam vult intelligi poeta, quae apud Nortiam civitatem colitur, unde fuit Seianus. 73 (*Sequitur fortunam*) [75 *Favisset s. op. f.*]: potestatem imperii. 74 2 (*Si Nortia Tusco favisset si oppressa foret*) *secura* (*senectus principis hac ipsa Seianum diceret hora Augustum*): 5 si, ut cogitabat, Seianus occidere[t] factione Tiberium Neronem sua potuisset <et> favore Fortunae modo Augustus esset, ^d [76 *Diceret hora*] <h>ac ipsa <hora> diceret [cum] Augustum populus Seianum, qui illi detrahit. 77 1 *Ex quo suffragia n(ulli vendimus)*: id est: ex quo non 10 est imperium populi, quod per suffragium diversis vendat, hoc est post Augusti monarchiam. 2 Id est: ex quo imperatores esse coeperunt. 3^s [78 *Vendimus effud.*] Ex quo nemo ambit ad populi honores. | 81^d *Perituros audio* 55 r. *multos*: iterum sibi loquitur populus pavens, cum Seianus 15 tractus est. 82 (*Magna est fornacula*): hoc est: multos habet fornax, quos exurat. 84 1^s [82 *Nil dubium*] (*Timeo victus ne poenas exigat Ajax ut male defensus*): timeo ne eum Tiberius occidat Nero, cum se dicat male a senatu defensum et parum aliquid in Seiano factum. 83^d (*Brutti-* 20 *dus meus*) [*Obvius aram*]: aut patronus aut domnopr<a>edius. 84 2 [*Exigat*] *Ajax*: Tiberius Nero quasi insanus. 3 (*Victus ne poenas exigat Ajax*): si inferior fuit in bello. 4 Aut si scierit se a nobis fuisse contemptum. 87 1 *Sed videant* (*servi ne quis neget et pavidum in ius cervice* 25 *obstricta dominum trahat*): proprii cuiusque servi ne dicant dominos suos ad trahendum non convenisse, ne calumnientur. 2 Quia praeceperat etiam servos posse dominos accusare. 89 (*Secreta haec*) *murmura vulgi*: haec inter se secretim loquebatur populus. 87 3 (*Sed videant servi ne* 30 *quis neget*) [90 *Visne salutari*]: quoniam dederat servis potestatem, ut liceret dominos accusare in quibuslibet

1 sq. nyr- PS 6 occidere Orelli 7 Neronem secl. Buech.,
at cf. schol. ad 84 1 et 2; 93 add. W. 8 hac et hora W. 9 secl.
Iahn 10 n. om. S 13 . ef. P 10 eum Pith. cum PS
occidit S 21 sq. domnipedius S 26 proprii Schrevel
-rie S

criminibus. 4 Ne indicium ergo de dominis facerent, si minus Caesarem vindicarent in corpore Seiani. 90 1 (*Visne salutare sicut*) *Seianus [habere]*: hoc quasi ex persona poetae inseritur. 2^s (*Habere*) *tantundem [a. i. s. d.]*: ut
 5 Seianus. 91 (*Atque illi summas donare curules*): et consulem facere[nt]. 92 1 *Illum exercitibus (praeponere)*: magistrum militum facere. 2^d *Tutor haberi*: id est patricius fieri. 93 *Principis a(n)g(usta) C(aprearum in rupe sedentis)*: Tiberius nam Nero secessum elegerat. de qua
 10 insula Augustus 'Apragopolim' dixit, quod ibi esset otii locus, ut ait Suetonius (Aug. 98, 4). 95 1 *Et castra domestica*: iuxta aggerem primus castra posuit. 2 Aut certe praetoria. 92 3 (*Tutor haberi principis angusta Caprearum in rupe sedentis (cum grege Chaldaeo)*): significat et diu et
 15 turpiter vixisse in Capreis Tiberium, qui Seianum veluti tutorem habuisset. 94^s *Cum grege C(hal)d(aeo) [v.]*: cum mag[n]is aut mathematicis. 95 3^d [*Egregios equites (et castra domestica)*]: iuxta aggerem primus posuit castra Seianus [id est super Diocletianas], quae dicta sunt
 20 castra praetoria. 97^s [*Posse volunt*] *s(ed) q(uae) praeclara et prospera tanti ut rebus laetis par sit mensura malorum*): quid iuvat tanti aestimare bona, si cum his et mala proveniant? 99 1^d (*Praetextam*) *sumere mavis*: id est: praefectus et consul esse volebas. 2 (*Huius qui trahitur*
 25 *praetextam sumere mavis an Fidenarum Gabiorumque esse potestas*): quid vis?, inquit, consul esse et praefectus cum periculo an securus minorem dignitatem administrare, ut sis aedilis vel curator cuiuscumque parvae civitatis?
 101 (*Et de mensura ius dicere*): ut iuberet tabernariis.

94 *Cum grege Chaldaico*] id est cum multitudine mathematicorum (*sic et φ; magorum ψμ*), cum quibus in Campania semper Claudius (!) vixit L; <cum> magicis L

2 caesariem S 3 . h. b. P 5sq. consulem W. -es PS
 6 facere Pith. 7 id est om. P 10 aprog- PS 11 seutonius PS
 17 magis Pith.; an magicis? cf. Suppl. eq. P
 18 pos- prim- S 23 perveniant P -unt S, corr. Iuret 26 consul Iahn coneris PS (sc. ex coñs) 28 vel Iahn ut PS
 29 iubeas Iahn

102 *Ulubris*: desertum Italiae oppidum ait iuxta Romam.
 106^s [104 *Seianum*] (*Unde altior esset casus*): in tantum eum culmen Fortuna levavit, ut graviori lapsu postea deiciat. | 108 1^s *Quid Crassos* (*quid Pompeios evertit*): nisos 55 v. veluti ad primam potentiam. 2 (*Et illum*) ad sua q(ui 5 *domitos deduxit flagra Quirites*): Syllam, Cinnam sive Caesarem. 110 *Summus* (*nempe locus*): honorum culmen. 111 1 (*Magnaue . . . vota*): regnandi cupiditas. 2 *Magnaue* (*numinibus vota exaudita malignis*): dii nam irati exaudiunt preces, sed pr<a>estant contraria futura petenti- 10 bus. 112 1 *Ad generum* (*Cereris*): ad inferos. 2 Plutonem dicit. 113 [*Descendunt*] (*Sicca morte*): incruenta, ac per hoc: naturali morte sua. 115 1 [*Incipit o(p)t.*] (*Totis quinquatribus optat*): diebus festis, quibus Minerva colitur. 2 Aut quod intra quinque atria fit. 3 Atria abundat, nam 15 dies quinque in uno festi. 116 1^d *Quisquis a(d)h(uc uno parcam colit asse Minervam)*: vilioris pretii fictile Minervae signum. 2 Aut certe eum nunc ostendit puerum, qui adhuc discit et arcula sequitur eum. 3 Aut qui tenue adhuc eloquium habet. 117^s *Quem sequitur* (*custos angustae 20 vernula capsae*): in qua stilum aut codices reponit. 118 1 *Eloquio s(ed) u(ter)q(ue) p(erit orator)*: Demost<h>enes et Cicero. 2 *Utrumque largus e(t exundans leto dedit ingenii fons)*: Demosthenem et Ciceronem: nullus enim tanti fuit ingenii. ergo ambos affluens ingenium et elo- 25 quentia acerbissimae morti subiecit: ille nam a Philippo, hic ab Antonio occisus est. 120 1^d *Ingenio m(anus) e(st) e(t cervix caesa)*: Ciceronis exitium describit poeta, addit

108 2 *Illum*] Iulium φ μ 112 2 *Ad generum Cereris*] ad Plu-
 tonem φ ψ μ 116 1 *Partam*] paratam φ ψ 118 1 *Uterque*
perit orator] et Cicero et Demosthenes L φ ψ μ

1 ait *Schurzfl.* aut PS 3 eum *Iahn* enim PS (*defendit Schulz*)
 levavit *Iahn* -bit PS 4 nisos *W.* -i PS 6 sil-
 lam *cirinam* S 10 preces sed *W. duce Leone* necesse est
 et PS 12 incrementa PS, *corr. Pith.* 15 Atria *om.* S; Aut
 atria *Rutgers* 17 fictile *Iahn* -lis PS 19 tenuem P
 20 *Quem* <qui> S 21 stilum *Barth* signum PS 25 am-
 bos] omnes S 26 acerv- PS fil- PS

etiam ver<s>um (v. 122). 2 Per haec omnia ostendit libertatem linguae vel ingenium posse facile periclitari. 3^s (*Nec umquam*) *sanguine* (*causidici maduerunt rostra pusilli*): numquam periclitata est mediocris eloquentia. 5 124^d (*Ridenda*) *poemata malo*: malo me, inquit, esse deridendum poetam quam bonum periclitari. 125^s *Quam t(e) c(on)s(picuae divina Philippica famae)*: nam in Philippum magnifice dixit. 128^d (*Pleni moderantem*) *frena t(heatri)*: μεταφορικῶς: cohibentem vulgi tumultum. 126^s (*Saevus et illum exitus eripuit quem mirabantur Athenae*) [129 *Dis ille adversis*]: Philippus rex Macedonum cum vicisset Athenienses et parceret civitati, Demosthenem sibi dari ad supplicium petivit. verum cum hoc ageretur, sumpto veneno se interemit. 130^d *Quem pater a(rdentis massae fuligine lippus)*: nam filius fabri ferrarii fuit Demosthenes. 15 133 1^s *Bellorum (exuviae etc.)*: id est: alii militiam optant. 2 (*Truncis adfixa tropaeis*) *lorica [et]*: spolia, quae trop<a>eis solent adfigi. 3 Bello erepta. 135 (*Et curtum temone iugum victaeque triremis*) *aplustre (et summo tristis captivos in arcu)*: id est: in arcu triumphali quae solent inponi. 136 1 *Aplustre*: tabulatum ad decorandum superficiem navis adpositum. alii dicunt rostra navis. 2 Orna- 56 r. mentum puppis, ἄφλαστα. | 137^d [*Humanis m. b.*] (*Ad hoc se Romanus Graiusque et barbarus induperator erexit*): id est: 25 non propter virtutem posse volunt, sed propter gloriam, cuius causa etiam imperium adsumptum est. 138^s *Induperator*: imperator. 140 1 [139 *Erexit c. d.*] (*Tanto maior famae sitis est quam virtutis*): propter famam volunt posse. 2^d [*Inde habuit t.*] (*Famae sitis*): conrupta[e] 30 gloriae cupiditas et desiderium. 142 [*Praemia s. t.*] *p(atriam tamen obruit olim gloria paucorum)*: id est: multi propter gloriam suam et propter potentiam patrias per-

140 2 *Sitis*] desiderium φ ψ μ

1 versum Iahn 7 fil- P S 11 adv-] . a. v. P 12 dari sibi Σ 13 sumpto om. Σ 18 troph- S 21 aplustra P S
23 ἄφλαστα Pith. adflasta P S 29 conrupta Schurzfl.

diderunt. **143** 1^s *Gloria paucorum*: id est Caesaris et Pompei et ceterorum. 2^d (*Titulique cupido haesuri saxis cinerum*) *custodibus [ad qu(a)e]*: id est inscribendis sepulchris. **145** (*Discutienda*) [*Mala r(o)b. f.*]: dirumpenda. **144** (*Ad quae discutienda valent sterilis mala robora fici*): 5 in quibus saxis caprificus nascitur. **147**^s *Expende*: examina, pensa. **148**^d (*Quem non capit*) *Africa Mauro (percussa Oceano Niloque admota tepenti)*: quantum ab Oriente distendit(ur) Oceanus. **150** 1 *Rursus ad Ae(t)h(iopum) p(opulos)*: duo sunt, Orientis et Occidentis: in occasu 10 Garamantici degeneres, in ortu[m] Macrobioe praestantes [**2** (*Rursus ad Aethiopum populos*): qui iunguntur Mauritaniae.] aequitate, aetate, virtute. **151** (*Additur imperiis Hispania*) [*Pyrenaeum*]: Hannibalis, quia et eam optinuit. **153** *Diducit sc(opulos et montem rumpit aceto)*: nam dicitur 15 primus Hannibal per Alpes viam fecisse, dum saxa montium ingenti igni primum exureret; deinde acetum acrum suprafundebat et sic cecidit et viam fecit. **158** 1 (*Luscum*): qui(a) in Alpibus a frigore oculum perdidit. **155** (*Nisi Poeno m(ilite) p(ortas frangimus et media vexillum pono* 20 *Subura*): id est: nisi portas infregero et Romam intravero. **158** 2 (*Cum Gaetula ducem portaret*) *belua luscum*: constat nam Hannibalem a fulmine ictum oculum perdidisse, camelo solitum vehi vel elephanto. **161** *Mirandus(que cliens sedet ad praetoria regis)*: post annos sedecim Hannibal Italia 25 pulsus et in Africa victus ab Scipione et postea pulsus a civibus fugit ad Antiochum Syriae regem, quem male

143 2 *Saxis*] sepulchris φ **151** *Imperiis*] Hannibalis φ ψ μ
158 1 *Luscum*] nimio frigore Alpium unum oculum Hannibal perdidit . . . L 2 Hannibal . . . camelo, ut alii dicunt, elephanto insidens aufugit. 'beluam' ergo camelum vel elephantum dicit φ; *Belua*] elephans μ

6 caprae ficus P S, corr. Cram. 6 sq. exanima P S, corr. Pith.
 9 distenditur W. 10 orientes et occidentes P S, corr. Schurzfl.
 11 ortu W. macrobiae P S, corr. Iahn praestantes Iahn -nt eos P S
 16 Alpes W. -em P S 17 sq. deinde— cecidit om. S 19 quia Iahn 23 camillo P S, corr. Pith.
 25 post Barth per P S

impulsum ad bellum Romanis inferendum victus cum regia classe deseruit. inde descendit ad Prusiam Bit(h)yniae regem. quo cognito Romani legatum mittunt ad Prusiam Quintum Flaminium, ut sibi daretur perducendus ad urbem Romam. quod ne fieret, praevenit Hannibal hausto veneno, quod sub anuli gemma omni tempore habuerat. **162^s** *Donec Bithyno l(ibeat) v(igilare) t(yranno)*: Prusia(e) [in Bit(h)ynia civitas]. **165^d** *Cannarum v(index)*: qui(a) populus apud Cannas vicum Apuliae ab Hannibale occisus **56 v.** est. | **167 1^s** *Ut pueris p(laceas et declamatio fias)*: delib-
11 rativa: Hannibal utrum de Alpibus recederet. **2^d** (*Ut pueris placeas) et declamatio f(ias)*: hoc est: ut de te pueri studentes dicant. **168** *Unus P(ellaeo) i(uveni non sufficit orbis)*: Alexandro Magno: hic nam in Pella natus est **15** Macedoniae civitate. **169^s** *Aestuat i(n)f(elix angusto limite mundi ut Gyarae clausus scopulis parvaque Seripho)*: ita, inquit, Alexandro parvus videbatur mundus ad regnandum, quasi solis desertis duabus insulis imperaret inclusus. **170^d** (*Gyarae clausus scopulis) parvaque S(eri)p(ho)*: in-
20 sulae angustae exulibus aptae. **171 1^s** *Cum tamen a f(igulis munitam intraverit urbem)*: Babylonem significat Persarum civitatem, quam condidit urbem Samiramis Nini uxor et coctili latere munivit, quem hodie dicimus ordinarium lapidem. in hac igitur urbe Alexander veneno **25** periit. **2^d** (*Cum tamen a figulis munitam) intraverit urbem*: id est: Babylonem ingressus est devictis Persis. ^s haec urbs sexaginta milium circuitu patet <et> ex latere cocto circumdata est muris, quorum latitudo ducentos pedes detinet, altitudo quinquaginta. **172^d** *Sarcophago (contentus erit)*:

168 *Pellaeo iuveni*] Alexandro $L\varphi\psi\mu$ **171** *A figulis — urbem*] Babylonem dicit, cuius muros Semiramis coctiles fecit . . . L , *sim.* φ ; ad quam urbem veniens Alexander veneno periit φ

2 bytin- PS **7** Prusiae W . **8** *secl. Cram.* Bith- *Eremita*
 urcynia (*pro vyryn-*) PS quia *Pith.* **14** Pella *Pith.*
 pelle $PS\Sigma$ **14**sq. civ- Mac- nat- est Σ **15** civitati P
25 perit P **25**sq. intraverit—Persis *post 29* quinquaginta *pos.*
in S **25** urb. P **27** et *add. Iahn*

quem vivum mundus non c[o]eperat, mortuus exiguo loco contentus est. 173 (*Creditur olim velificatus Athos*) [*Qui*<d> *Graecia m.*]: Xerxem dicit Persarum regem, qui Athonem montem in Achaia dicitur perforasse et inmisisse terris novum mare, pontum contabulasse navibus atque 5 ita exercitum in Achaia transtulisse. 178 1^s [*Prandente*] (*et madidis quae cantat Sostratus alis*): Sostratus poeta fuit. hic Xerxis regis facta descripsit. 2 'Madidis' autem ideo, quia omnes, qui cum sollicitudine recitant, necesse est ut alae ei[u]s sudent. 3 Sic <H>oratus (s. I 9, 11) 'sudor ad 10 imos manabat talos'. 179^d (*Rediit*) *Salamine r(elicta)*: victus a Gr<a>ecis fugit. 180^s *In c[h]orum a(t)q(ue) e(urum) solitus saevire flagellis*: solebat verberare flatus. sic nam fingunt Graeci poetae. 181^d [*180 Flagellis*] (*Aeolio numquam hoc in carcere passos*): vento<s> scilicet. 15 182^s *Ipsum c(on)p(edibus qui vinxerat Ennosigaeum)*: dicebat<ur> nam Xerxes usque adeo vicisse procellas <H>ellesponti, ut ventos flagris conpesceret et ipsum Neptunum conpedibus vinciret. 183 1^d [*182 Qui vinxerat En(no)s.*] (*Mitius id sane quod non et stigmatum dignum credi-* 20 *dit*): ironia, quia non cecidit, ne maculam ferret notae secundum ius. 2 (*Quod non et*) *stigmatum dignum credidit*: quia non hoc inscribi iussit. 184 1^s [*Credidit*] *h(uic quisquam vellet servire deorum)*: quia pontem mari superposuit, finxerunt illi servisse Neptunum, quemadmodum Laomedonti regi 25 Phrygiae. 185^d *Sed qualis (rediit)*: interrogative pronuntiandum. 184 2 (*Huic quisquam vellet servire deorum*: propter Apollinem, quia servivit Admeto. 188^s *Da spatium (vitae)*: prolixum tempus vitae. 189 1^d (*Hoc recto vultu solum hoc et*) *pallidus o(ptas)*: laetus et tristis vitam 30 longam optas. 2 [*190 Longa s(e)n(ec)t.*] *Aut*: iuvenis hoc et senex optas, in quocumque statu fueris. 191 (*Deformem*

185 *Sed qualis rediit*] interrogative L

3 sers- P S 8 xers- S, sic et infra 10 alae Pith. tali S
 ex -e P eis Schrevel 15 ventos Cram. 17 dicebatur
 Schulz 24 mauri S 25 laum- P, ante corr. S 26 fr- P S
 31 sq. iuvenis hoc et Leo iubat his nocet P S

et taetrum ante omnia vultum dissimilemque sui deformem) pro cute pellem: senectus pr⟨a⟩estat. 194^s Quales umbrifero⟨s⟩ (ubi pandit Thabraca saltus in vetula scalpit iam mater simia bucca): opacas silvas esse in Africa poeta dicit in 5 regione Thabracena, in quibus simiae nascuntur. |
 57 r. 196 1^d (Plurima sunt iuvenum discrimina) [pulchrior illo]: qui⟨bus⟩ discerni possunt inter se. 2 (Plurima sunt iuvenum discrimina pulchrior ille hoc atque ille alio multum hic robustior illo) una senum f(acies): id est: dissimiles et 10 multae figurae sunt in iuvenibus et est unicuique sua gratissima, quod quidam pulcher est, alter eloquens: senibus enim una esse videtur forma. 199^s ([Et iam l. c.] maddique) i(n)f(antia) n(asi): ita nam senibus humor de naso, ut infantibus, pendet. 200 1^d Frangendus m(isero) 15 g(ingiva) p(anis inermi): notandum masculino genere dixisse ut 'hic gingiva'. 2 Quia dentes ruerunt, gingiva panis frangendus est. 202 (Ut captatori moveat) fastidia Cosso: heredipetae. 203 (Non eadem vini atque cibi torpente palato (gaudia): nullus illi sapor inest. 204^s [Gau- 20 dia] n(am) c(oitus iam longa oblivio): ut Virgilius (Georg. III 97) 'frigidus in venerem senior'. 205 1^d (Iacet exiguus) cum ramice n(ervus): penis. 209 (Quae venerem adfectat sine viribus): ut Virgilius (Georg. III 99) 'ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis'. 205 2 (Cum 25 ramice): ramicem dicit intestinum. 206^s Et q(uam)v(is) t(ota) palpetur (nocte): fricetur, praeputietur. 208 1^d (Merito) suspecta l(ibido est quae venerem adfectat sine viribus): ut infames dicantur qui adpetunt feminam, cum coire non possint. 2 Aliud de ⟨e⟩o suspicantur, ^s [Quae venerem 30 adf.] qui sine [n]ullo calore coitum desiderat. 210^d (Nam

194 Thabraca] civitas Africae, in qua simiae sunt plurimae L 202 Captatori] heredipetae L ψμ; Cossus heredipeta erat . . . φ 206 Palpetur] id est manu fricetur L

7 quibus Schop. 13 n. om. S 14 naso Σ -u P S ut] ceu Σ 18 schol. 203 post schol. 204 in S 22 penis Pith. -es P S 24 ignem P S 25 schol. 206 om. S! 26 praepud- P, corr. Barth 28 dicantur Pith. -cuntur S -cunt P 29 deo P S, corr. Cram. 30 ullo Pith.

quae) cantante v(oluptas sit licet eximius citharoedo): id est: quod per aetatem nec audit vocem nec delectatur, quamquam ad spectaculum veniat. 214 Qui vix cornic[h]ines (exaudiet): id est: usque adeo non potest delectari cantilena et cithara, quem strepitus cornicinum non commovent. 5
 215 1 (Clamore opus est ut sentiat auris) quem (dicat venisse puer): nisi puer admoneat, nihil sponte sentit. 2^s (Ut sentiat auris) quem dicat v(enisse) p(uer): quia per aetatem nec videt. 217^d Praeterea mi(nimus) g(elido iam in corpore sanguis): ut Virgilius (Aen. V 395) 'gelidus tardante 10 senecta sanguis hebet'. 219 Morborum (omne genus): id est omne genus aegritudinis, ut Terentius (Phorm. 574) dicit 'rogas? senectus ipsa morbus est'. 220 (Promptius expediam quot amaverit) Eppia moechos: facilius dicam nomina vel numerum moechorum, quos amavit Eppia. 15
 221^s Quot Themison a(egros autumnno occiderit uno): archia- ter illius temporis, cui detrahit. 222 Quot Basilus (so- cios): advocatum (dicit) illo tempore praevaricatore. 223^d (Quot longa viros) exorbeat uno (Maura die): hanc ostendit ore fuisse impuram. | 224^d (Quot discipulos in- 57 v. clinet) Hamillus: magister infantum corruptor. 225^s Per- 21 curram c(itius) q(quot) v(illas possideat nunc quo tondente gravis iuveni mihi barba sonabat): quot villas habeat ex tonsore <h>odie [226 (Quo tondente gravis iuveni mihi barba sonabat): qui me totondit.] senator factus. 227^d (Ille 25 umero hic lumbis hic coxa debilis) [ambos]: redit ad senes. 228 (Huius pallida labra cibum accipiunt) digitis alienis: cheragra[e] debilis, qui ab alio cibatur. 230 (Di)ducere rictum: os applicare, ut pulli hirundinis. 231 (Ad quem ore volat pleno mater) [Sed omni]: pleno enim ore volat, 30 dum incibat filios suos. 232 (Sed omni membrorum damno maior) dementia [quae nec]: ad postremum quod desipes efficiuntur. 233^s (Quae nec) nomina s(eruo)r(um nec

2 per aet- Orelli paruit- PS 11 habet S 13 rugas S
 17 basilus S 24 tonsor eo die PS, corr. Orelli 25 tutun-
 dit PS, corr. Schop. 28 cheragra Pith. 31 cibatur Schurzfl.,
 fort. recte

vultum agnoscit amici): id est: incipit nullum agnoscere de
s(er)vis nec filios suos aut amicos. 237 (*Bona tota feruntur*)
ad Phialen [t.]: impuram hanc fuisse demonstrat poeta
in meritorio et artificem ad inquietandum senis inguinem
5 ex eo, quia diu prostiterit. 240 *Ut vigeant (sensus animi*
ducenda tamen sunt funera natorum): pone ut non sit
demens qui diu vixerit: tamen omnes effer(t) ipse suos
filios. 242^d (*Plenaeque*) *sororibus urnae*: 'urnae' vasa, in
quibus mortuorum ossa componebantur, postquam corpus
10 arsisset. 246^s *Rex Pylius*: Nestorem dicit, qui dicitur
tertiam usque aetatem vixisse, id est trecentos annos, ut
dicit Homerus (Il. I 250 sqq.; Od. III 245 sqq.). 247^d *Ex-*
emplum vitae (fuit a cornice secundae): alii dicunt; quia
plus vixit quam duae cornices possunt vivere. 250 1 (*Qui-*
15 *ve novum totiens mustum bibit*): aut multos autumnos
vidit. 2^s (*Oro parumper*) *attendas*: peto, ut modicum
58 r. videas. | 252^d (*Cum videt acris*) *Antilochi (barbam arden-*
tem): filium suum ploravit Antilochum, quem Memnon
auxilium patri ferentem occidit in Troia. 253^s (*Cum*
20 *quaerit ab omni*) *quisquis adest (socius)*: ab omnibus, qui
ei solacium praestabant. 257 1 *Atque alius (cui fas*
Ithacum lugere natantem): L(a)ertes propter Ulixen.
2^d *Natantem*: naufragum. 258 (*Incolumi Troia Priamus*
venisset ad umbras) *Assaraci m(agnis) s(ollemnibus)*: id
25 est: felix etiam fuisset Priamus, si ante incendium Troiae
fuisset mortuus, cuius funus omnes filii sui deduxissent.
259^s (*Hectore funus*) *portante ac r(eliquis fratrum cervici-*
bus): quae solent a filiis in funere patrum fieri. 264 *Coe-*
perat aud(aces Paris aedificare carinas): bene 'audaces',
30 quia Helenam, alienam uxorem, ablaturae erant.
265 (*Longa dies igitur quid contulit omnia vidit*) *eversa[m]*
(et flammis Asiam ferroque cadentem): proluxa vita ergo

257 *Alius*] Laertes φ μ; *Ithacum*] Ulixen φ ψ μ

2 servis Schop. 4 in meritorio Buech. interea PS 5 quam
diu (ante ex eo S) PS, corr. Leo 7 effert Pith. 21 eis
sol- S 28 funere Pith. -ra PS patris Pith. 30 qui S
31 schol. 265 post schol. 267 2 in S

hoc illi praestitit. ut Virgilius (Aen. II 507) 'urbis uti captae casum conlapsaque vidit'. 267 1^d (*Tunc miles tremulus posita tulit*) *arma tiara*: 'posita tiara' id est corybantio. 2 Ut Virgilius (Aen. II 509) 'arma diu senior desueta tremantibus aevo circumdat nequiquam umeris'. 268^s *Et ruit ante aram*: occisus est. ut Virgilius (Aen. II 502) 'sanguine foedantem quos ipse sacra verat ignes'. 270^d (*Ab ingrato iam fastiditus*) *aratro*: contemptus ab aratro senex, qui non potest laborare, id est arare. 271 1 *Sed torva canino* (*latravit rictu quae post hunc vixerat uxor*): ex- 10 caecato Polymestore <H>ecuba cum saxis impelleretur a populo T<h>racum, versa in canem fertur. 2^s *Exitus (ille)*: id est Priami. 3 (*Sed torva canino*) *latravit rictu quae* (*post hunc vixerat uxor*): Hecubam dicit, quod in cane<m> sit versa. 4 An quia Graecis convicia congerebat, 15 canem nominaverunt? 273^d (*Regem*) *transeo Ponti*: Mit<h>ridates cum per quadraginta annos adversus Romanos dimicasset, cum Pharnace<m> filium suum post ceteros eius fratres voluisset occidere, ab omni relictus exercitu est et exhausto veneno periit accepto frequenter 20 antidoto, ut perire non posset. postea vero Pharnaces successit eius imperio. 274^s *Et Croesum* (*quem vox iusti facunda Solonis respicere ad longae iussit spatia ultima vitae*): cum enim interrogatus fuisset Solon a Croeso, si aliquem vidisset tam gloriose regnantem, ille dixit debere 25 vitae ultimum eventum expectari. quem cum Cyrus captum victor vivum iussisset in rogo inponi, clamare c<o>epit Solonem non sibi esse mentitum, atque ita est a Cyro liberatus timente, ne <t>ale quid sibi fieret in extrema

271 2 *Exitus ille*] Priami φ

2 convolsaque *Verg.* 10 . ca. n. P 11 aecuba P S¹
 12 *schol.* 271 2 *ante schol.* 271 1 *in S* 13 sq. r. t. q. P 18 far-
 nace P S, *corr. Pith.* post *Leo* apud P S; aequae ut *Schurzfl.*
 19 voluisse P 20 est exerc- S 21 farn- P S 26 ultimum
Cram. -mae P S expectari *Barth* -re P S cirus P S 28 sqq. at-
 que—perdurante *in mg.* S 29 tale quid *W.* aliquid P S
 fieret *Schulz* faceret P S 29 sq. extremo . . . spatio perdu-
 rante P S, *corr. Barth*

B. T. Scholia in Iuv. vet. rec. Wessner [1941]

12

vitae spatia perduranti. 276^d *Exilium et carcer (Minturnarumque paludes)*: cum Sylla cum Iugurtha in Africa pugnaret, Marius supra ipsum ambiit et missus est. illo remoto vicit. posthaec cum denuo ad Mithridatem Sylla
 5 mitteretur et profectus esset in Campania, iterum coepit ambire supra eum. exinde discordia inter eos nata est. verum cum Sylla reverteretur ob hanc causam, Marius fugit et latuit in cannis in Minturnarum paludibus. qui cum fuisset ibidem agnitus, in carcerem missus est, et cum
 10 carnifex ad occidendum eum missus esset, visa circa eum tanta maiestate, ut aliquis futurus esset, relicto gladio pavens fugit ac re<t>tulit cognita his, a quibus missus fuerat: illi eum dimitti iusserunt. qui cum fuisset dimissus, in Africam abiit, id est Carthaginem. ibidem solutis ergastulis
 15 Romam venit et omnes Syllanos occidit et receptus a Cinna tunc consul<e> tenuit urbem. postea consul VII fuit Sylla posito in bello. qui ante adventum Syllae fato suo mortuus est. 280^{i. t.} (*Si circumducto captivorum agmine et omni*) bellorum p(ompa animam exhalasset): si triumphi
 20 media pompa cum bellis finiret et vitam. 282 (*Cum de Teutonico vellet descendere curru*): de triumpho Gallico. 277¹ [*Et mendicatus*] (*victa Carthagine*): ut Lucanus (II 69). 2 *Et mendicatus [a]v<i>cta Carthagine panis*: Carthaginem pro Africa posuit, cuius partem Numidiam
 58 v. vicerat Marius sub Iugurtha. | 283^s *Provida P(om)p(eio*
 26 *dederat Campania febres)*: nam dicitur Pompeius, mox quam suscepit bellum civile contra Caesarem, in Capua vehementer aegrotasse, et qui non potuit feбри emori, servatus est, ut a Caesare occideretur. 286 (*Hoc cruciatu Lentulus hac*
 30 *poena caruit ceciditque Cethegus)*: Lentulus, qui proditor fuit, et Cethegus, coniuratus Catilinae, talem mortem non

2 silla P S 3 maurⁱus S 4 cum om. S 8 cannis W.
 gallis P S; calamis Ruben. mintuan- P S, corr. Pith. 11 ut
 aliquis W. et (om. P) vel quid P S 16 consule Schop. 22 Lu-
 canus] 'cum post Teutonicos victor Libycosque triumphos exul
 limosa Marius caput abdidit ulva'. 23 pacis S 25 vicerat
 Iahn -rit P S

pertulerunt, sed laqueo quasi coniurati, non gladio perierunt. **290^d** [*Murmure*] *c(um) V(ene)r(is) fanum videt*): id est: cum ad templum Veneris vadit. **291^s** *Usque ad delicias (votorum)*: id est: usque ad hoc deliciae hominum veniunt, ut pulchritudinem optent filiis suis. **292^d** (*Pulchra* ⁵ *gaudet*) *Latona Diana*: a maiore ad minus. **293** (*Faciem*) *Lucretia q(ua)l(em ipsa habuit)*: Lucretia, uxor Tarquini Conlatini, quam Tarquinius amorem eius non sustinens invitam dicitur corrupisse. propter illa[m] mortem adscivisse sibi dicitur. **294^s** [*Ipsa[m] hab.*] *c(u)p(eret) R(utillae) V(erginia gibbum accipere)*: ¹⁰ Virginiam Appius decemvir adamatam clienti, quem ob hoc subornaverat, in servitutum addixerat. propter quod eam pater Virginius interemit. decemviris imperium abrogatum, Appius in carcere necatus est. **300** (*Vultumque modesto*) *sanguine[m] ferventem*: cito eru- ¹⁵ bescentem. **301** (*Natura benigna larga manu*): abundans. **302^d** (*Quid enim*) *puero conf(erre) p(otest) pl(us custode et cura natura potentior omni)*: quid plus potest conferri in pueris, nisi ut boni mores tradantur et custos adhibeatur? sed haec omnia vincit natura. **304** ¹ (*Non licet esse* ²⁰ *viros*): quod corruptores prohiberi non possunt. ² [*Corruptoris*] Interim omnia ad custodiendum fiant: nam inter viros permanere formosus non potest. **310^s** *I nunc et iuv(enis) s(pecie) l(aetare tui quem maiora expectant discrimina)*: exulta in pulchritudine filii tui, cui multorum ²⁵ erit causa malorum et ingentium. | **306^d** (*Nullus ephebum* ^{59 r.} *deformem saeva castravit in arce tyrannus*) [³¹¹ *Maiora exp(ect). d.*]: id est: tyrannus nullum ephebum in arce sua tentum in adulteris foedum castravit, nisi formosum. **313^s** (*Nec erit felicior astro*) *Martis*: qui cum Venere de- ³⁰ prehensus est in adulterio. **314^d** (*Exigit autem interdum*

3 sq. a del- P 7 Lueret. in. q. l. (l. om. S) P S 7 sq. tar-
 quiniam latini S 9 propter] v. Append. illa Pith.
 10 hab.—v.] . ha. b. c. p. s. r. u. P . h. c. r. S 11 virgineam
 P S decemvir Pith. -mber P S 14 obrog- P S, corr. Pith.
 carcerem P 15 ferv-] . f. P 17 conf.] . f. S 18 in del.
 Schop. 23 formos- S, sic et infra 23 sq. Inunget. iu. u.
 s. l. P, post ingentium S 28 d. om. S urce P

ille dolor) plus quam lex ul(la) d(olo)ri (concessit): plus
nam dolent(es) mariti in adulteros quam quae lex iube[n]t
exercent. **317** (Quosdam moechos) et mugilis intrat: piscis
grandi capite, postremus exilis, qui in podicem moechorum
5 deprehensorum soleba[n]t inmitti. **318** 1^s Sed tuus Endy-
mion: tuus pulcher. 2 Endymion: pastor, quem Luna
adamavit. **319**^d Servilia: nomen cuiusdam mulieris tur-
pissimae. **320** (Exuet omnem) corporis orn(a)t(um): pro
libidine usque et sua ornamenta, inquit, donat mulier, ut
10 tantum ad suam libidinem possit inducere filium tuum.
322^s [Inguinibus] s(ive) e(st) h(aec) Op(pia sive Catulla):
quaelibet nobilis matrona. **321** (Udis inguinibus): in
desiderio viri. **323** Deterior totos (habet illic femina mores):
nihil aliud praeter libidinem spectat. **324** 1^d Sed casto
15 q(uid) f(orma) n(ocet): quasi obiectio: quid enim, si castus
fuerit, pulchritudo nocet? 2^s (Quid profuit immo) Hippo-
lyto (grave propositum quid Bellerophonti): id est: quid
profuit castitas Hippolyto et Bellerophonti? non propterea
damnati sunt? **326**^d (Nempe haec ceu) fastidita repulsa:
20 Ph(a)edra, Minois filia, uxor Thesei, noverca (H)ippolyti.
327^s Nec St(h)enebo(ea): Proeti uxor, quae amavit Bello-
phontem. **328**^d (Mulier) saevissima t(unc) e(st cum
stimulos odio pudor admovet): dum laesus amor irascitur.
ut Virgilius (Aen. V 5) 'duri magno sed amore dolores
25 polluto, notumque furens quid femina possit'. **329** (Cum
stimulos odio pudor admovet) [elige quidnam]: dum laesa
aut contempta erubescit. **330** (Cui) nubere Caesaris uxor
(destinat): uxor Claudii Messalina, quae Gaio Sil(i)o palam
nupsit inducto etiam Claudio, ut ad tabulas dotales obsi-

324 1 Sed casto etc.] Anthypophora est. obiectio Lψ (o.
etiam φ)

2 dolentes Schop. quamque S, -quam P iubet Iahn
4 capite Schop. -tis PS 5 solebat Pith. 6 Indym- PS
13 totos ex tutus S 14 praeter Barth propter PS 16 sq. Hip-
politio PS 18 ippolito P hipp- S bellerof- PS 19 re-
pulso PS 20 ippoliti PS 24 sq. dum magnos amore dolo-
res polluti PS 27 caesari P 28 Silio Pith. 29 ad(eo)
Iahn, an del.?

gnaret, quod quasi de industria simularentur ad avertendum periculum, quod imminere[t] ipsi per quaedam portenta ostendere[n]tur. **332** (*Rapitur miser extinguendus*): hunc Silium transeuntem per forum rapuit Claudius et necavit. **333** 1^s *Messalinae o(culis)*: vidente ipsa. 2 Id 5 est: ante oculos amatus cruci figitur. 3 (*Dudum sedet illa parato*) *flam(m)eolo*: quo nova nupta operitur. **334**^d *Genialis in (h)ortis (sternitur)*: lectus, ubi concumbunt. **335** 1 (*Ritu decies*) *centena dabuntur (antiquo)*: secundum morem. 2 Dos scilicet. **336** (*Veniet cum signatoribus*) 10 *auspex*: auspices adsolebant nuptiis interesse. **337** (*Haec tu secreta et paucis*) *commissa putabas*: clanculo celebrari. **338**^s *Non nisi l(e)g(itime) vu(lt) n(u)b(ere) [q.]*: id est illa adultera. **339**^d (*Ni parere velis*) *pereundum er(it) a(nte) l(ucernas si scelus admittas dabitur mora parvula)*: 15 si contra dixeris, mor(i)eris; si consentias, paululum mortem differes. | **342**^d *Interea tu (obsequere imperio)*: interea, 59 v. dum ad illum pervenit crimen admissum, tu illi ve(l) tibi fac satis. nam sive indulseris sive negaris, tantundem erit. **346**^s *Nihil ergo o(p)t(a)b(unt homines)*: obiectio cum 20 interrogatione. **347**^d (*Permites ipsis expendere*) *numinibus [q.]*: in voluntate deorum. **350**^s *Carior est illis (homo quam sibi)*: ipsi non petiti bona praestabunt: plus enim nos ipsi(s) cariores sumus quam nobis. **351**^d (*Caeca magna-que*) *cupidine ducti*: caeco sive vano desiderio. **352** (*At* 25 *illis notum qui pueri qualisque*) *futura sit uxor*: sciunt futura. **354** *Voveasque s(a)c(e)l(lis)*: votum facias in templis. **355** (*To*)*macula porci*: pingua quaedam viscera.

334 *Genialis*] lectus *L φ ψ μ* **335** 2 *Dabuntur*] in dotem *φ ψ*
346 *Nihil ergo etc.*] obiectio (est *add. φ μ*, ab aliquo *add. L*) *L φ μ* **354** *Sacellis*] in templis *L φ ψ μ*

2 imminere *Iahn* ipsi] sibi *S*¹ quaedam] quem dum *P S*
 2 sq. port. ostenderetur] *Suet. Claud. 29* ostenta portenderetur
 4 hunc Silium *W. hostilium P S* 11 adsol- *Schurzfl.* ut sol-
P S 12 comissa *P* 14 Per eundem *P* 16 morieris *Schop.*
 17 differes *Schop. -ris P S* 18 vel *Pith.* 19 negaveris *S*
 20 ego *S* oblectio *P* 22 volupt- *P* volupt- *S* 24 ipsis
Pith.

- 356** (*Orandum est ut sit mens sana*) in corpore sano: hoc solum petendum est. **358** (*Qui spatium vitae extremum inter munera ponat*): pro donis mortem habeat. **357** (*Animum mortis*) terrore c(a)r(en)t(em): qui mortem contemnat. **359** (*Naturae qui ferre queat quoscumque*) labores: quidquid imperat natura. **360^s** (*Potiores*) *Herculis aer(um)n(as) c(re)d(at) s(ae)v(os)q(ue) l(abores et venere et cenis)*: id est: laborum gloriam petat et praeferat labores deliciis. **362** [*Et venere e(t) c(en)i(s)*] e(t) p(luma) S(ardana)-
 10 p(alli): Sardanapallus rex As(s)yrriorum luxuriosus, de quo Tullius in tertio de republica (fr. inc. sed. 4 Z.) sic ait 'Sardanapallus ille vitiis multo quam nomine ipso deformior'. **363^d** (*Semita certe tranquillae per virtutem*) patet unica vitae: via, qua[e] sola quieta potest esse vita[e].
 15 **365** 1 (*Nullum numen habes si sit*) prudentia [n. t.]: ne quid(em) deos qui sapiat timebit. 2^s (*Nos te*) nos facimus (*Fortuna deam*): dum petimus aut speramus aliquid.

XI

- 1 1 *Atticus eximi[a]e (si cenat lautus habetur)*: ad Persi-
g(raece) caula ovium fort. ex cod. Iuv. *petita* (cf. ad III 38), sicut gl. κ (ibid. V 653, 7) *Mandrae (!) forte caulae sunt* etc. Rectius schol. L $\varphi \chi$ propter vocem *convicia* (quam schol. π male pro *molestia* dictam contendunt) de agasone vel mulione agi exponunt, sed num ex fonte antiquo, valde dubium, 238 1] cf. Suet. Claud. 2. 238 2] cf. Plin. NH IX 42. 240 1 *Liburnata*] cf. VI 477, 4; de hac voce dubitat Lamer PW. XII 1066. 240 2] cf. VI 477, 4. 245] cf. VI 477, 3. 249 1] de voce *invitatio (= epulatio)* ex Valla et schol. L φ (χ) restituenda recte iudicat Steph. 53 adn. 6. 250] ad h. v. Valla adnotat '*Culina*' *coquina*, Σ habet '*Culina*' *coquina apud veteres* (cf. Nonius 55, 18); fort. glossa in cod. II adpicta, sed a librario codicis π neglecta. 250 1 *in commune*] cf. adn. ad XII 76. 251] de '*athleta*' Corbulone v. Strauch 23; qui '*genus navis*' adnotaverunt, fort. de corbita cogitaverunt (Cramer ad l.); cf. Friedl. ad l. 255 *euntibus impediunt*] v. Ind. s. '*imp.*'; c. dat. etiam XI 175 et XIV 49; cf. SS. § 36 Ib (p. 411). 257] ex eadem ni fallor officina, unde V 86, 2 *sim.* 262] traditam lectionem viri docti varie emendare conati sunt: *ea properat* Schurzfl., *et apparatus* Cramer, *et apparatur* Schopen (Iahn), *haec apparatur* Buecheler, *et apparatura . . . fertur* Leo; sed nomen *apparatura* non legitur nisi in glossa ad Verg. Aen. I 637 spectanti CGIL V 562, 59 (Affatim), at in gl. simillima V 461, 38 *apparatu* est; praeterea mutatio verbi *ferre* in *fertur* Leonis coniecturam dissuadet. De passivo autem cum vix cogitandum sit, coniugatio quae vocatur periphrastica et proxime ad traditam scripturam accedit et sensui commodissima est (cf. etiam Ind. s. '*syntactica*'). *ab eo quod*] in etymologica explicatione hoc praeferendum videtur (cf. Indic.), etsi *ideo quia* tolerari potest; v. app. cr. *quos hab. caps.*] cf. Steph. 54 adn. 6. *strigula*] cf. CGIL II 524, 32 *Strigla* $\varphi\eta\kappa\tau\omicron\nu\varsigma$; 593, 64 *Strigula scafa* (594, 5 *Striglarius*); II 378, 43 *Strigila* $\xi\upsilon\sigma\tau\omicron\alpha$ etc., v. Thes. gl. s. '*strigilis*'; PW II ser. IV 363. *quod*] cf. III 204. *unde*] v. Ind. s. v.; cf. Löfst. Per. 180; SS. § 87 Add. a (p. 492). De ultima scholii parte v. Meier 13. 266] olim differentia inter *porthmeus* (= portitor) et *porthmus* (= angustus traiectus) adnotata erat; cf. etiam Steph. 54 adn. 8. *Charonem*] v. NW. I 237. 267] Friedl. '*Sittengesch.*' IV⁸ 381 adn. 2 verba *ut — errent* postea addita esse censet, sed iustam secludendi causam non video. *ut non pro ne*] v. III 160, 3. *unde*] v. III 262. 277 2] cf. Ps. Philox., CGIL II 147, 23 *Perlavia* (= *Pelluvia*, v. Thes. gl. s. v. '*peluis*') $\rho\omicron\delta\acute{\alpha}\nu\iota\pi\tau\omicron\alpha$ ($\rho\omicron\delta\omicron\nu$ -Vulcanius). 279 *maestus pro*] v. Ind. s. '*pro*'; SS. § 125 (p. 534). *sic . . . si* (pro *ut* consec.)] v. ibid. § 341 Add. (p. 777). 283 2] cf. Thes. gl. s. v. '*amphibalus*', '*birrus*', '*laena*'; v. Roensch 143 sq. 296] veram vocis *proseucha* (= *synagoga*) interpre-

tationem praebet schol. 2, cui recte Schopen (quem Iahn Buecheler Leo secuti sunt) verba προσεύχ. — dicitur, quae a suo loco deturbata sunt, adiecit (cf. *orant . . . orare*, quod non idem est atque *mendicare*). Sed alteram scholii 1 explicationem rectam esse, fort. etiam tertiam — prima enim quid sibi velit non intellego — ex iis apparet, quae Landauer apud Friedl. ad l. adnotavit. Quodsi Valla item etymologicam particulam cum scholio, quod his duabus respondet scholii π 1 interpretationibus, coniungit, hinc mea quidem sententia concludendum est iam in communi fonte ordinem fuisse perturbatum, quod etiam scholiis L φ (χ) quodammodo comprobatur. Itaque vix recte Steph. 56 adn. 4 Schopeni emendationem impugnat. 299 *etiam et*] cf. V 51; VI 444; v. SS. § 231 i (p. 662). 304 *grandes*] cf. Löfst. Per. 73 (in scholiis septies inveni, v. Ind.). 310 *vincula operantur = fabricantur*: hac significatione aliunde mihi quidem non notum. 320] de Helvina Cerere scholiasta non plus compertum habuit quam nostrae aetatis viri docti; qua de causa gentis Helviorum memor (cf. Heinrich ad v. 315) deam sibi finxit, quam colebant quodam loco 'in Galliis' (hinc fort. alii Iuvenalem Gallum fuisse coniecerunt, cf. I 1). Attende tamen in scholio Z aliam coniecturam proferri, quae Cererem illam cum fundo poetae coniunxit: quae res in mentem revocat titulum illum olim prope Aquinum repertum (CIL X 5382 = 2926 Dessau), qui utrum ad satirarum auctorem pertineat necne, non satis constat. *in Galliis*] exc. VIII 145 et XVI 13, 1 semper pluraliter effertur huius terrae nomen (v. Ind.); cf. I 52, 2 *Spaniae* (alibi — *ia*).

IV

1] De antiquo satirae titulo scholiis inmixto v. Praef. § 2. Vallae ad v. 1 adnotatio num ex 'Probo' desumpta sit, valde dubito: sola verba *De piscis magnitudine* cum scholiis π congruunt, sed exstant non solum in PS (ex codice II) sed etiam in WHM aliis. Aliam inscriptionem habemus (corruptelis neglectis) in A: *De Crispino et de rhombo pisce* (Hosius 10), cf. cod. Strozian. 126 s. XI/XII *De Cr. et de rhombi magnitudine* (Perret 8) et cod. Laur. 34, 40 s. XIII in. *De Cr. et rhombo* (l. c. 10), ubi additur *Catalogus amicorum* (antic-cod.); praeterea in L ad III 321 inter scholia adscriptum est *Satyra de rhombo pisce. Catalogus amicorum Domitiani* (cf. Hosius 10 adn.), cui simile scholion ad v. IV 34 legitur in γ *Miraculum de rhombo pisce et catalogum amicorum Neronis (!) descripturus* etc. Fortasse duae inscriptiones principales statuendae sunt: 1. *De convivio Domitiani et de piscis magnitudine*, ex codice, unde scholia π in codicem II translata sunt, deprompta, cuius partem priorem omisit cod. II

cum aliis; 2. *De Crispino et de rhombo. Catalogus amicorum Domitiani*, ex codice, per quem scholia antiqua ad interpretes aevi Carolini pervenerunt. In recentioribus libris mss. tituli ex parte esse contaminati videntur. Cf. etiam Knoche, *Gnom.* IV 100 sq. 1 1 *sua terra Aegypto*] cf. SS. § 61 (p. 450). *magister equitum*] cf. Ind. s. v. 'mag.'; v. Mommsen, 'Ges. Schr.' VII 509; PW. IV 1720. 1 5 *ipsius = eius*, cf. SS. § 80f. (p. 480). 2 1 et 3] vestigia duplicis originis scholiorum. 3 1 *figura*] sc. ἐπεξήγησις, quod in scholiis π non legitur (cf. Ind.). 6 *viridiaria*] cf. *frigdarium* (Thes. gl. s. v.), *infrigidatus* (schol. 1 ad VII 194); v. Heraeus, AP. 29 n. 201. 7 *suburbio*] vox quod sciam rara, legitur ap. Cic. Phil. XII 24. 8 1] *infelix* legendum esse putat Steph. 58 adn. 4, sed si scholiasta poetae verba ironice dicta accepit, vix necessarium. 8 2] hic alter scholiasta, quem et Valla et schol. L φ χ sequuntur, ante *minime* non distinguens prave rem sibi composuit. 9] num interpres in Iuv. suo *vitiata* legerit, difficile est ad diiudicandum: non enim necessario inde sequitur quod ipse de 'vitiatis' virginibus Vestae loquitur (*vittata* vel *vitata* [sic WFA; G?] ω); de supplicio illo v. Mommsen, 'Strafrecht' 598. *ut . . . struebantur* etc.] cf. SS. § 321 (p. 760) *in parietibus struebantur*] cf. Capitol., Macrinus 42 *parietibus inclusit et struxit.* 23 1 (Suppl.)] *ut Plinius meminuit* fort. Valla ipse addidit; sane in NH Apicium 'de ciborum condimentis' (sive 'de condituris' L φ) scripsisse non legitur, sed praenomen ex illo sumpsisse videtur Valla, cum in scholiis desideretur. *gulae*] formam *gylae* (de qua v. Brambach, 'Orthogr.' 126) retinere dubitavi, quia alibi semper *gula gulosus* (v. Ind.). 24 2] *nugae*, cf. PW. IV 1720. 25 1] ex Vallae adnotatione *minime* sequitur illum *squamam* aut legisse aut commendasse (cf. Matth. 288): pendet enim a lectione codd. ω, quam lemmatis loco praefixit; ea autem gen. sing. exigit. Etiam si cum π *hoc pretio squamae* (sc. emptae sunt) legitur, adnotatio *a parte totum* (*synecdochicos* Valla pro arbitrio substituisse videtur) recte se habet. 26 2] cf. Steph. 59 adn. 3. 28 2 *figura*] cf. ad v. 3, 1. 32] cf. ad v. 1, 1. 33 1 *vaso*] cf. Heraeus SdP. 42. 37] ut absurdam schol. 2 interpretationem omittam, pro additamentis habenda sunt scholion 1 (in π alieno loco adscriptum) et 4; nam illud *propterea quod* pro *propter q.* (cf. Baehr. 240) ad *convicium* scholii 3 respicit. Cf. Strack 18 sq.; Steph. 60 adn. 3; Schulz 483 adn. 1. 37 4] cf. ad I 1. *quia . . . defecit*] cf. Suet. Galba 1. *refert quia*] cf. ad III 231. 42 1 *quia . . . inmanes*] cf. Ind. s. 'quia'; Löfst. Per. 333. *Sallustius*] cf. Tac. Ann. XII 63. 42 2 *a sole*] v. Ind. s. 'ab'; cf. SS. § 54 Add. η (p. 437). 43 *rheuma quaedam*] v. NW. I 501 sq. 47 *foros*] cf. Thes. gl. s. v. 'forum'; v. Marx ad Lucil. v. 146. 50 *de vivario . . . elapsus*] cf. Ind. s. 'de'; v. SS. § 118 (p. 526).

53 1 *damnatus* (om. *est*)] cf. IV 81 *conlaudatus*. *post inde*] cf. SS. § 262 e (p. 686). *cum fuisset inter delatores*] *fuissent* Pi-thoeus schol. 1 et 2 coniungens, quem secuti sunt Iahn, Matthias 269, Peter HRF l. c.; tradita lectione servata duo scholia distin-xerunt Buecheler, Friedl. ad l., Peter HRR II p. 121, alterum tantummodo ad Marium Max. referentes, cf. Strauch 39 adn. 5. Qui schol. 2 (propter Armillatum sc.) adscripsit, inter eos fuisse videtur 'qui Iuvenalem et Marium Maximum curatiore studio legunt' (Amm. Marc. XXVIII 4, 14). 55 2 *distrahi*] v. Ind.; cf. Th. l. l. V 1542, 86. 56 3 *vigilant morbi*] cf. Iuv. XIII 229 'vigili cum febre'. 60 2] cf. Liv. I 31 et Fest. p. 177 b, 27 M. (186, 11 L), ubi tamen renovatio sacrorum aliter explicatur; v. etiam Wiss. 164. *supra memorati ponderis*] *vix ponderis supra*, sc. ab historico, quem verbotenus exscripsisset scholiasta, ut ad-notavit Iahn, *memorati*, sed *ponderis nondum ab aliquo comme-morati*, id est adhuc inauditi. 60 3] adnotatio ni fallor ad schol. 2 in marg. adscripta; hic enim sacra suis locis non mota Albae perseverasse contenditur, illic sacra Romam translata postea Albae esse renovata; hic grandinem cecidisse narratur, illic lapidationem esse factam, cf. Liv. l. c., ubi lapidum pluvia cum grandine comparatur. Plenioram huius scholii formam servasse videntur LZ et Valla, qui tamen 'Probi' adnotationem Livio (I 29, 6) usus more suo amplificavit. 67] duplex est codicum Iuv. memoria: *saginatam* exhibet π, corruptum id qui-dem ex *sagina* (cf. Cypr. Numeri 355 *laeta ventres laxare sagina*), *saginis* ω (nam *sagittis*, quod in cod. Paris. 8071 [F] s. X legitur, ex scholiis videtur esse petitum). Offendebant autem inter-pretēs in eo, quod verba 'stomachum laxare' et 'saginā' inter se pugnare videbantur. Qua de causa fuit qui plurali 'saginis' substituto vel ab hac varia lectione iam pridem in textum illata profectus difficultatem ita removere conaretur, ut 'saginis' dativum esse doceret (cf. schol. 3; eadem ductus ratione Iahn *saginae* proposuit). Alius vero ablativum retinens *saginis* in *sa-gittis* mutavit, quod metaphoricè positum sibi finxit (cf. schol. 1); cui accessit tertius (cf. schol. 2), qui Suetoni memor (Domit. 19 'sagittarum vel praecipuo studio tenebatur') suam vocis *sagittis* interpretationem adiecit, quae a librario quodam cum scholio 1 male commixta est; quae interpretatio quodammodo scholii 3 rationem habet (*ob cibum futurum: escis futuris*); unde conicias schol. 3 olim priorem locum obtinuisse (*legitur — prae-para. alii — compara*). Sane comparatis 'Probi' et codd. LZ ad-notationibus efficitur iam in communi omnium fonte scho-liorum 1 et 2 exstitisse contaminationem. Cf. etiam Matth. 294; Cremer 68. 72] fort. *Tiberius Nero [et] Domitianus* retinen-dum; cf. Ind. s. v. Nero. 77 1 *Pegasianum sc. ius*] Valla sive Instit. II 23, 5 sive Gaio I 31 commotus *senatus consultum pro*

sc. ius scripsit, at codd. PS scripturam esse retinendam et quae sequuntur verba *quod iuris peritus fuerat* docent et schol. ad v. 78; cf. etiam Cramer ad l.; Strauch 30. 79] pro *iniuste* Henninius *mitius* scripsit, at scholiasta totum locum perperam interpretatus est, quippe qui *quamquam* non cum *temporibus diris*, sed cum *optimus* (— *sanctissimus*) coniungeret, quid sibi velit illud *inermi iustitia* mente non assecutus. 81] confusos esse in hoc scholio Vibium Crispum et Crispum Passienum dudum intellectum est (cf. Iahn ad l.; Reifferscheid, Suet. rell. 88; Strauch 25; Matth. 282; Körtge, In Suet. de vir. ill. libros 8; Leo, 'D. griech.-röm. Biogr.' 14). Quodsi Valla Crispum Placentinum fuisse (ipse autem Valla Placentinus erat!) apud 'Probum' se invenisse contendit, vix a me impetro ut ei fidem habeam. Verba *municeps Vercell.* secluserit Reiff. ut ex Tac. Dial. 7 illata; reliqua ad Suet. redire inter alia ostendit Hieronymi ad a. 38 (178 a Helm) adnotatio: *fraude heredis suae necatur: perit per fraudem Agrippinae quam heredem reliquerat* (cf. Helm, 'Hieron. Zusätze in Euseb. Chron.', Lpz. 1929, 77); ad *funere publico elatus est* cf. Hieron. ad a. 44 (157 e) de Sulpicio et ad a. 103 (148 e) de Lucilio. Cf. etiam Suet. Nero 6, 3; Plin. NH XVI 242. A pristina scholii forma aliquatenus recedunt 'Probus' (si modo 'Probi' sunt, quae Valla in priore adnot. parte profert!) et quae solam alteram partem servaverunt scholia $\varphi \chi$. *conlaudatus* (om. est)] cf. IV 53, 2. *quam*] quod codd. PS *quem* exhibent, hoc non tam vulgaris sermonis vestigium (cf. Löfst. Per. 131 sq.) crediderim quam sequenti voci *heredem* assimilatum, praesertim cum scholiasta fontem suum (Suet.) verbotenus exscripsisse videatur et librariorum fides admodum vacillet. 94] cf. Matth. 281; Friedl. ad l.; PW. I 257 n. 40. Error ille, quo et Valla et scholia LZ (φ) filium 'Domitium' nominant, fort. inde natus est, quod in fonte communi ad Nero a nescio quo adnotatum erat *Domit(ianus)*, quod ipsum Valla pro Nero substituit. 98] comprobatur scholiis lectio *gigantis*, quam habent plurimi codd.; H cum Prisciano GL II 101, 21 *gigantum* exhibet, et fuisse qui pluralem desiderarent, ostendit schol. π 3 (*gigantis* = dat. plur.); cf. etiam schol. $\varphi \chi$ ad VIII 44: '*humiles*' *ignobiles, unde et terrae filii esse dicuntur, ut supra 'unde fit ut malim fraterculus esse gigantis (-tum φ)', id est terrae filius ac per hoc ignobilis*. De simia a Terra in deorum contemptum procreata mihi aliunde nihil compertum est. 99] cf. PW. l. c. *in lusorio*] cf. Cramer ad l. 103¹ *ac per hoc*] cf. adn. ad I 149, 1. 105] de Domitiae moribus v. Suet. Tit. 10, 2; Domit. 3, 1. 106¹ *plus improbus*] cf. SS. § 73 (p. 463). *a cinaedo*] cf. VI 486, 2; SS. § 50 Add. d (p. 427). 119² *miraretur*] *miraret* Leo cum PS; cf. ad III 100, 1. 122¹ *per catadromum*] cf. Suet. Nero 11, 2, ubi

similiter codd. *pergatadromum* praebent; v. Th. l. l. s. v. 133 1] hariolatur auctor huius adnotationis de Pothino cogitans. 140 (Suppl.) *Sallustiane*] cf. Suppl. ad VI 25. 147] cf. Mommsen, 'Ges. Schr.' VII 510. 149] cf. Schol. Dan. ad Aen. IX 471. 153 1] cf. VIII 182, 2; Plaut. Trin. 100.

V

1] in codd. Iuv. hae inveniuntur satirae inscriptiones: *In parasitos de cenis contumeliosis* PWA, *De cenis (sc- S) contumeliosis* SH, *De parasitis* KM Strozz. 126 (in aliis *De cen. cont. et paras.*), qua de causa Schopen in scholio, quod cum illis cohaerere videtur, *De cena contumeliosa* etc. scribendum esse censuit probante Schulzio; Leonis coniectura *De Virrone contumelioso* etsi propius abest a tradita scriptura, tamen vix est probanda, cf. simil. schol. ad VII 1 c. adn. V. etiam Knoche, Gnom. IV 101. 3 1] de hoc scholio cf. Matth. 273 sq., qui auctorem 'ex libro quodam facetiarum vel apophthegmatum' hausisse suspicatur similiter atque Quintilianum VI 3, 58; v. etiam PW. II Ser. II 25. *pro equite R. ageret*] cf. Suet. Claud. 25, 1 *libertinos qui se pro equitibus R. agerent*; praepositiones *pro* et *per* saepe a librario permutatae sunt, velut paulo ante *per meritis* pro *prom.* legitur. *quoque*] cf. Löfst. Per. 137. *quia ibi*] *qui* pro *quia* saepius in PS exhibetur; quamquam concedendum etiam *quibus* posse restitui, nam *bi* interdum pro *bus* (= *b.*) scriptum invenitur, velut IV 37, 3 *vero sibi* pro *versibus* in PS, IV 87 *rebi* pro *rebus* in S (cf. P¹ ad I 38). *primis ord.* (om. *in*)] cf. IV 1; SS. § 61 (p. 450). 3 2] v. Strauch 12. 6 1] scholiasta v. 6 cum anteced. coniunxit. 6 2 *non* = *nonne*: cf. SS. § 222 (p. 648). 8 *crepido* (Suppl.)] cf. Thes. gl. s. v. *tegetis*] cf. CGL. V 485, 40 *Tegetes: coopertoria, mattae*; schol. ad VI 117, 4. 12 *iusserit ut*] cf. SS. § 325 (p. 764). 14 3 *ubi* (= *quoniam?* cum Valla)] cf. XV 61; SS. § 329 (p. 767). 20 *ligulae a ligando*] cf. Charis. GL I 104, 5 = 132, 15 Barw. 23] cf. Thes. gl. s. v. 'Arcturus' et 'Bootes'; Isid. Orig. III 71, 6 sq.; Comm. Bern. et Adnot. ad Lucan. II 237. 24 *gustum*] cf. XI 14; v. Heraeus SdP. 42. 29 *Spaniae*] cf. adn. ad I 1. 32 1 *cordolenti*] sic S, *cor dol-* P; *ἀπ. λεγ.*, cf. *cordolium*. *modicum et* (32, 2) *modica*] v. adn. ad III 195. 33 *ut non . . . nec*] cf. VI 339; SS. § 216 Add. (p. 641). 36 (Suppl.)] in priore scholii 'Probiani' parte, quae ad Helvidium spectat, nonnulla perturbata vel corrupta esse apparet: quaestura Achaiae non sub Nerone, sed sub Claudio functus videtur esse, quippe qui iam a. 51 'legatus cum legione' in Armeniam missus esset (Tac. Ann. XII 49); deinde verba *ut putant . . . pristinum* — *revocari*, quae nisi ad Vespasianum refers sobrium sensum vix praebent,

additamento satis obscuro interrumpuntur, cui vereor ne Buecheleri coniectura *id optante a vulgo (H)elvidio (aliquando pro a vulgo Schulz)* multum luminis non afferat (cf. etiam Cramer ad l.). Ceterum quae sequuntur de Helvidio reo praeter spem absoluto, ea Suetoni (Vesp. 15) testimonio improbantur. V. PW. VIII 216 sqq. et (de Paeto Thraxea) IV 99 sqq. 38 (Suppl.)] codd. Iuv. fere omnes (*a*)*eliadum* exhibent, in solo M (s. XII!) altera manus *heliadum* (sic Vatic. 3286 s. XI) supra versum addidit pro *apiarum* manus prioris, ad quam prope accedit cod. W *appiadum* praebens (huius variae lectionis etiam schol. L χ meminerunt: si '*appiarum crustas*', *cristalinos calices ab Appio inventos, si 'eliadum', similiter . . . ab Elide civitate Armeniae, ubi primum vitrum repertum est;* ultimis similia schol. ϕ , nisi quod civitatem Arcadiae ponunt); 'Probiana' lectio singularis fort. coniecturae debetur a Plinio NH. V 75 (*Belus vitri fertilis*) vel Tac. Hist. V 7 profectae, quam nescio quis cum versu Verg. coniunxit. Sane interpretes immemores Ovidii (Met. X 263) verum non viderunt. Cf. Matth. 297. 40 *phiala*] in codd. PS semper (v. Ind.) *fiol-* scribitur, quae forma satis recens — legitur in Gloss. Amplon. I (CGL V 360, 51) et Gloss. Corp. Christ. (F 177, p. 77 Linds.), item in Hermen. Monac. (CGL III 203, 17; 198, 5; 219, 23; cf. 653, 11) — num antiquo scholiastae imputanda sit, admodum dubito. 40 *te et*] v. Löfst. Per. 317. *de unguibus*] v. Ind. s. 'de'; SS. § 54 a Add. η (p. 437 sq.). 44 *fig. dias. in Virg.*] cf. V 137, 2 *Virgilium ridet*; VII 226 *diasyrtice. mittit in calicibus*] cf. adn. ad II 170, 1. 46] cf. Martial. Epigr. XIV 96. *Benevento*] cf. SS. § 61 (p. 450). 47 1 *in . . . calicem bibes*] *calice* Schulz, sed cf. adn. ad II 95, 1; Ind. s. 'in'. *in longitudine* pro *-nem*] v. Ind. s. 'in'; cf. SS. § 131 Add. ζ (p. 538). 48 *calvariolas*] $\acute{\alpha}\pi.\lambda\epsilon\gamma.$ *malt(h)are* (Suppl.)] verbum apud Plin. NH XXXVI 181 *obvium*. 51 *etiam et*] cf. adn. ad III 299. 56 *caro pretio*] locutio ex *care* (sic alibi, v. Ind.) vel *caro* (cf. L) et *magno pretio* confusa. 65 *illis*] cf. Ind. s. v.; VI 567 c. adn. 72 (Suppl.)] cf. Thes. gl. s. v. 'artopta'. Duarum glossarum num prior ad 'Probum' pertineat (sicut Cremer 42 putat), satis dubium est. 75 *manducare*] cf. adn. ad I 144. 79 *propterea = pr. quod*: cf. Baehr. 24. 86 2] *nugatoris additamentum* (cf. VI 403, 1; X 162). 88 *in quibus . . . manducastis*] cf. adn. ad. II 95, 1 et I 144. 89 (Suppl.)] quae Valla post *dicatur* exhibet, ea valde dubito num ex 'Probo' desumpta sint; de voce *gandera* vel *gandeium* v. Cramer, Heinr., Iahn ad h. l.; cf. 'Philol. Wochenschr.' 1923, 574 adn.; Vetter, 'Mitt. d. Ver. klass. Phil. in Wien' II (1925) n. 9. 95 1 *suburbicario*] cf. *s-ae regiones* Cod. Theod. XI 1, 9. 98 2 *distrahebat*] v. Ind. 105 1 *de sordibus*] v. Ind. s. 'de'; cf. Löfst. Per. 104; SS. § 118 (p. 526). 109 (Suppl.)] post

saevitia apud Vallam haec sequuntur: huic postremo quod habitus esset inter conscios coniurationis Pisonianae, Nero per tribunum ultimam necessitatem denunciavit. hic interritus amicorum animos, quibus iam eius casus lacrimas exciverat, ad firmitudinem revocavit rogans ubi praecepta sapientiae, ubi tot per annos meditata ratio adversum imminetia; cui praeterea ignara fuerit Neronis saevitia, neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos quam ut educatoris praeceptorisque necem adiceret. deinde sibi venas praesecans crurumque venas abrumpens et durante tractu lentitudineque mortis hausto veneno et postremo calidae aquae stagnum introiens exanimatus est. Haec quae maximam partem ex Tac. Ann. XV 61—64 ad verbum fere conscripta sunt, non 'Probi', sed ipsius Vallae esse iam Pithoeus suspicatus est, cuius opinioni accesserunt Cramer et Iahn (Buecheler, Leo), repugnavit Lipsium secutus Heinrich. Ipse etsi non prorsus negaverim scholiastam Tacito usum talia proferre potuisse, tamen Vallae morem rationemque amplificandi et interpolandi respiciens ad illorum sententiam me esse propensum confiteor. Sane priorem adnotationis Vallianae partem, quam in Suppl. recepi, ex alio fonte (ex libris dictorum memorabilium?) haustam esse in propatulo est. Cf. PW. I 2241 sq.; v. etiam Matth. 279. De altero scholio 'Probiano' cf. PW. III 1377 sqq.; Matth. l. c. 115 1 et 2] duas glossas voce *vel* male coniunctas esse apparet; cf. Thes. gl. s. v. 'altilis' et 'aprunus'. 115 3 *contempta est*] c. *esset* Pith., quem editores secuti sunt; mutatio vix necessaria. *et aprum*] haec deleverunt editores Pithoeum secuti, sed ἀνακόλουθον vulgari sermoni familiare tollendum non est; cf. SS. 'Stil.' § 12 (p. 806 sq.); v. etiam Ind. s. 'syntactica'. *in agris . . . in miserat*] cf. adn. ad II 170, 1. *suis . . . suus pro eius*] v. Ind. s. 'suus'; cf. SS. § 78 a β (p. 470). *Meleagrus*] cf. NW. I 124. 116] cf. Plin. NH XIX 37. 127 1 *quamquam*] incertum utrum sic legi an interpretari voluerit scholiasta. *alii etc.*] cf. Plaut. Aul. 325 'trium litterarum homo'; Serv. ad Ecl. 3, 16; Thes. gl. s. v. 'Trium l. h.'. 127 2 *in quo . . . bibit*] cf. adn. ad II 95, 1. 141] scholiastam *Migale* aut legisse aut intellexisse apparet: sic habet R, *Mygale* P et schol. lemma in PS (i. e. π), *Mycale* vel *Mic-* ω; cf. schol. ad VI 34; 491; IX 4. 143 *armilausiam*] exstat ap. Paul. Nol. Ep. 17, 1; 22, 1; Isid. Orig. XIX 22, 28; in glossis (v. Thes. gl. s. v.) *prasinam*] cf. Ind. s. v.; CGL III 272, 18. 147 *uxore . . . faciente*] cf. adn. ad I 64. 153 *manducat*] cf. adn. ad I 144. 155 (Suppl.)] nugatur 'Probus', item schol. L φ χ; in χ vero additur: *alii dicunt esse simiam, quae exculta et armata capellae flagello cogebatur imitari certamina*, ex parte quidem rectum. 164] v. PW. III 1048 sq.; cf. adn. ad XIII 33 et Praef. § 4. *de loris*] v. Ind. s. 'de'; cf. SS. § 118 (p. 525).

VI

De lacuna scholiorum π v. Praef. § 2. 7] quod Buecheler (ap. Friedl. p. 11 sq.) dicit genuinum commentum latere in scholiis 'Cornuti', hoc ad solam v. 7—8 interpretationem pertinere monuerim; sed non schol. χ , quod ille (ex Parisino H) recepit, verum etiam schol. LZ (cf. Valla, qui Lesbiae nomen addidisse videtur) ab antiquo commento propius abesse crediderim; in reliquis codd. hoc scholion varie vel auctum vel commutatum est (velut in φ ex 'amica' facta est 'uxor'; alibi schol. φ et χ contaminata leguntur, ut in Urbin. 342, v. Hosius, Mus. Rhen. XLVI 211 adn. 1; Knoche, Herm. LXIII 345 adn. 1). Sed ne quid desideretur, ex scholiis recent. nonnulla apponam: 1. *In hac satira invehitur in Postumium Ursidium Lentulum*, (cf. Praef. § 5), *qui turpiter vixerat, et cum esset adulter, uxorem pudicam quaerebat ducere φ (Lent. om., pro qui — ducere exhib. volentem ducere uxorem pudicam . . . χ); vult videri Pudicitiam comitem fuisse Iustitiae habitantis in terris L; Saturni enim aureum regnum fuisse dicitur L; 2. bene 'frigida', quia calor auget libidinem L; 10—11. hi enim cibi hominum erant ante fruges inventas L (cf. sch. π ad XIII 56; XIV 183); 13. primus Prometheus ostendente Minerva hominem ex limo formavit L (sim. φ χ); 15. nondum barbato] nondum regnante L (χ). 16 (Suppl.)] cf. Friedl. ad l. 25 (Suppl.) Sallustiana locutio] cf. IV 140 (Suppl.). 32 (Suppl.)] cf. PW. I 593 s. v. 'Aemilius pons'. 34] veterem scholiastam cum ω pusio legisse apparet, glossa π ad corruptum pu(n)gio pertinet, quae fuit lectio codicis II (hinc pugio F); sed iam in communi fonte a pristina commenti forma aliquantum remoto variae lectionis mentio facta esse potuit. 40 (Suppl.)] cf. Thes. gl. s. v. 'iuba' et 'crista'; τοῖς λόφοις fort. Valla addidit. 44] cf. I 35 c. adn. 53 ut <aut> uno . . . aut . . . Schopen, sed non necessarium, v. adn. ad II 141, 3. 56—57] verba alii — recte (proprio lemmata a librario ornata) cum anteced. concedo — fuisse coniungenda esse recte vidit Schopen; prior versus 57 interpretatio (cedo = concedo) absurda, posterior sana est; interiecta est adnotatio ad v. 56 pertinens. Utrumque scholium coniunxit Leo sic resp. — ut in agro, concedo — illa recte, quod probare nequeo. 66 (Suppl.)] aut nugatur 'Probus' aut scholion mutilatum est. 73] cf. VI 379. vocales] legitur ap. Lamprid. Alex. Sev. 34, 2; Sidon. Ep. I 2 (p. 5, 29 M.). 80 culicare] ἄπ. λεγ.; cf. CGL V 448, 48 Culiculare: tzintzalarío. 87 2] cf. Dio LXVII 3; Suet. Dom. 3; Victor Caes. 11, 7; Epit. 11, 11. 89] cf. II 124, 2 c. adn. 94 2] scholion paraphrasin esse adnotationis Servianae ad Aen. III 211 contendit Housman, 'Class. Rev.' XL (1926) 170 sqq., quod mihi non*

persuasit: scholiasta simpliciter περιπλουν describit. 98 2] τὸ
 et compilatori debetur. 104 2] cf. VI 266. 105] ineptum
 additamentum olim in margine ni fallor adiectum reliqua pro-
 dunt; ad ultima cf. Ps. Acron ad Hor. S. II 3, 222. 106 2 et
 108 1] cf. Meier 10 c. adn. 1. 115 *ridens*] cf. adn. ad I 6, 2.
 117 2] cf. schol. ad Pers. I 134. 117 3] falsum, v. Strauch 14;
 Schulz 483. 117 4] cf. ad V 8. De forma *tegeste* v. adn. ad
 I 5, 1. 117 5] cf. *tegestre* sim. in Thes. gl. s. v. 'segestrum'.
 120 1] cf. Ps. Acron ad Hor. S. I 8, 48. 120 2] cf. Thes. gl. s. v.
 'galerus'. 124] cf. I 71, 1; Suet. Nero 33, 2; Tac. Ann. XIII
 15 sq. 127] cf. Plin. NH X 172. 133] cf. PW. VIII 1881sq.
 139 *pro affectu*] v. Ind. s. 'pro'; cf. SS. § 125 (p. 534).
 144 (Suppl.)] cum Vallae adnotatio et schol. L eandem aperte
 prae se ferant originem, aut 'Probi' verba valde corrupta fuisse
 aut Vallam prorsus ad libidinem quae invenerat mutasse cre-
 dendum est: hoc veri similis quam illud (cf. *rugas contrahit* L,
r. contraxerit π: in r. contrahatur Valla). 146 *mittitur foris*]
 cf. adn. ad I 73 et II 170, 1. 151] cf. Thes. gl. s. v. 'ergastu-
 lum'. 153] 'glossa inepta' Schopen. 154] Cramer ad l.
 'non improbable' putat 'combusta porticu Argonautarum
 sigillaria translata fuisse ad thermas Traianas' (cf. PW. II
 Ser. II 2278). Certe quo tempore scholiasta scripsit, sigillaria
 in porticu Traianarum thermarum erant (cf. *sunt . . . faciunt*),
 cum 'antea' in porticu Agrippianarum thermarum fuissent
 (cf. *proponebantur . . . obstabant*). Sed si totum scholion unius
 auctoris est, verba *quibus picturam obstruunt* (*obstant* codd.)
 pro additamento habenda sunt, nam prior scholii pars non per-
 tinet nisi ad 'casa candida', posterior demum ad 'mercator
 Iason clausus' et 'armatis obstat nautis'. Ex parte autem
 Cramer errasse videtur, quod, si scholiastae fides habenda est
 (*depicta est*), non propter porticum Argon. incendio deletam
 sigillaria videntur esse translata. *de linteis*] cf. adn. ad V 164.
 155] deprompta videtur esse haec adnotatio ex eodem fonte, ex
 quo hausit Anon. de dub. nom. (GL V 576, 6) ubi legitur *Cry-
 stallum generis neutri, ut Ovidius* (fr. 8 Mor.) '*currus crystallo
 lucidus alba*', quod cum Hauptio in *albo* corrigitur; sed recte
 monuit Morel verba laudata ad usum neutralem illustrandum
 non esse idonea; immo excerptor exemplum generis neutri qua
 insignis est negligentia omisisse videtur, item verba *generis
 feminini*, ad quod comprobandum etiam Cinnae versum adhibi-
 tum esse ideo veri non est dissimile, quia Flavius Caper, ad
 cuius librum de dubiis generibus talia maximam partem red-
 eunt, ex Cinnae quoque poematis exempla attulit; cf. Hoel-
 termann, De Fl. Capro gramm., Bonn. 1913, 38 et 59 sqq. V. etiam
 I 5, 2 et VII 208 c. adn.; Praef. § 8; Knoche 62. 156 *de murra
 tincta facta*] male excerptor cod. Sang. (Σ) rem non intellegens

vel inseruit: lapidem qui achates dicitur hodieque variis coloribus tingi res notissima est. *de m. facta*] cf. adn. ad V 164. 157] subaud. 'incestam significat'; ceterum cf. ad schol. prox. 158 1] scholiasta confundit Postumum Agrippam M. Vipsani filium (cf. Tac. Ann. I 6) et Agrippam Herodem; v. Strauch 22 adn. 4. *in Sicilia relegatus*] cf. VI 563, 1 et adn. ad II 170, 1. 158 2] hoc schol. ex adnot. ad 157 et 158 misere conflatum est (cf. etiam Schulz 486). Cogitavit scholiasta (v. 157) non de Berenice, Agrippae secundi Iudaeorum regis sorore, quam etiam Iuliam Ber. dictam esse constat (cf. Friedl. ad l.; PW. III 287), sed de Lagi filia (PW. III 282). *verum*] corrigendi vim habet (cf. X 8, 4) et idem fere valet atque *sive quod verius est*, cf. schol. $\varphi \chi$ (Suppl.) ad II 29. 160 *manducant*] cf. adn. ad I 144. 173] cf. Lact. Plac. ad Stat. Theb. II 305 (Iuv. VI 173; Lucan. II 108). 177 *lusit*] sc. de Vergilio (Aen. III 391). 184 *aliquanta*] v. adn. ad VI 546. 187] nugatoris glossa (cf. V 86, 2), qui v. 186 et 187 coniunxit. 188 *necdum*] cf. adn. ad I 111, 1. 196 *tamquam si*] cf. adn. ad III 195. 199 2 *sive*] cf. adn. ad I 129. *histrionis*] cf. adn. ad I 1. 202 2 *pro apophoretis*] cf. PW. XIV 1415; II 174. 225 1] cf. II 124, 3 c. adn. *amicti*] pro *amictus*? (cf. SS. 'Formenl.' § 188 a [p. 269]) an a nominativo *amictum*? (cf. Novat. trin. 21; Isid. Orig. XIX 24, 15; Thes. gl. s. v.). *custodiendum = occultandum*, ut videtur. 235 *causa adulterii*] cf. XI 63; XIV 109; v. SS. § 57 a Add. β (p. 443). 236 1] v. Strauch 61; Friedl. ad l. 236 2 *a calore = ob calorem*, cf. SS. § 117 Add. c (p. 524). *discooperit*] cf. Roensch 284; Th. l. l. s. v. 238] apparet compilatorem commenti, unde pendent scholia nostra, exemplar adhibuisse, in quo v. 238 — fortasse propter rem obscenam (v. Iuv. VII 241 c. schol.) a magistello quodam (vix a monachis, ut putat Matth. 303) — omissus erat; at codd. nostri ad unum omnes illum exhibent, discedunt autem ita, ut π *silet* praebeat, ω *pavet*, quod is quoque legit qui scholion π adscripsit (cf. gl. φ *metuit ne inveniatur = schol. χ ; gl. μ timet*). 243 1 *dum* pro *ut*: v. SS. § 305 d (p. 745 sq.). 245] de rhetore, non de iuris perito cogitasse scholiastam apertum est, itaque non de Iuventio, sed de Cornelio Celso agitur (Teuffel HLR⁷ § 280, 6; Schanz § 473 δ); illud 'Iunio' aut scholiastae errori aut, quod credere malim, Vallae debetur, qui fort. et *oratoriarum* addidit. 247 *de palo pugnantium*] exspectes *ad vel contra p.*, sed fort. sic explicandum quasi dicat *pugnantes de palo utebantur (uti de: cf. SS. § 118 Add. c (p. 527))*. Ceterum cf. Meier 10 adn. 1. 249 3 et 250] cf. Meier 8 sq., qui Iahnii editione (ubi de voce *conditi* taceatur) in errorem ductus omnia quae ad v. 250 adnotata sunt a scholiasta contracta esse contendit ex uno fonte, qualem ostenderet Lact. Inst. div. I 20, 6—10; rectius Buecheler (et Leo, qui

tamen *conditi* omittit) duo scholia distinxit, quorum priore Floralia a Flora meretrice, posteriore a Flora dea derivantur; v. etiam Knoche 65. Cf. de his ludis Wiss. 197 sq.; Reich, 'D. Mimus' I 171. Scholion Iuv. (non integrum) Reifferscheid 352 ad Suet. l. de claris meretricibus refert, vix recte, cf. Meier 9 adn. 2. 254] scholiastam inepte ad I 40 respicere adnotat Cramer. Schol. $\varphi \chi$: *novem uncias dicitur esse maior libido feminarum quam virorum*; cf. Lact. Plac. ad Stat. Theb. II 95 p. 86, 9 J.; Fulgent. Mitol. II 5 p. 44, 3 H.; Muncker ad Hygin. fab. 75. 255 3 *in auctione venient*] incertum utrum pro *in auctionem v.* (cf. adn. ad II 170, 1) an *in auctione venibunt* (cf. III 162, 3 c. adn.). 256 et 258] cf. Meier 10 c. adn.; Friedl. ad l.; PW. II Ser. I 691 sqq.; Suppl. III 777. 261 *cum sonitu implet*] cf. SS. § 123 (p. 531 sq.); § 269 (p. 694). 262] mire scholiasta sic distinxisse videtur *quanta poplitibus sedeat* (sc. femina), *quam denso fascia libro* (sc. sit), hinc aequae mirum additamentum (sch. 2) *sedere et surgere* (Germanice 'Kniebeugen und -strecken') quod de libra dicit Tibull. III 7, 42. 263 1 *in specie* pro *in speciem*, ut XI 138, cf. XIV 262 *in honore*, sim.; v. SS. § 131 Add. ζ (p. 538). 264 *cum posuerit . . . ut ceperit*] cf. Löfst. Beitr. 8; SS. § 320 (p. 758). *ride* in scholio dubitanter editores secutus recepi, quia pars codd. Iuv. *ridet* exhibet (GOHUBT; R ex scholio π videtur esse correctus, cf. Praef. § 2) et fieri potuit, ut scholiasta idem legeret in exemplari suo. 271 *odiri*] cf. NW. III 644. 273 2 *quacumque . . . iubeatur*] cf. SS. § 275 (p. 709). 276 2] manifestum additamentum olim ad marg. schol. 1 adscriptum et a librario male insertum. De *uruca* v. Thes. gl. s. v., item s. v. 'eruca' (hinc fort. illud *ut ericius*); cf. Friedl. ad l. 284 2 *quantum ingens . . . tanto maiorem*] cf. SS. § 75 d (p. 466); § 59 Add. γ (p. 445); schol. ad XIV 139. 295 *in tantum ut*] sic etiam VI 526; cf. SS. (§ 321 p. 761). *in omni obprobrio prolapsa*] cf. adn. ad II 170, 1. *adsignificationem*] ni fallor, idem valet atque German. 'Nebenbedeutung, Nebensinn'; aliter in carmine de figuris 184 (RhLM 70 Halm) 'si plenum cumules, adsignificatio fiet' = *προσδιασάφησις* ('Verdeutlichung'). *significare*] *suppeditare* coni. Schulz; num necessarium, dubito. *petulans (Tarentum) . . . quia . . . moverunt*] cf. Baehr. Mnemos. XXXVIII 419 sqq.; v. Ind. s. 'syntactica'. 297 2 *sive = vel*: cf. adn. ad I 129. 312 *enim = autem*. 320 2] varia lectio olim ad corruptam archetypi (II) scripturam in margine adiecta et falso loco inserta, cf. Matth. 294. Fuit in II *saufeta* (cf. P¹ R *positas aut feta* = π , unde lemma scholii *aut feta*), T pro I posita; item in ω duas invenimus lectiones: *lauferia* (sic O) > *laufela* (p AKSUT¹ η M al.; -ella L θ i) et *laufera* (HVB, Paris. 7906) vel *laufega* (L var. cum l sscr.; cf. F), quod ad *laufeta* redire videtur. 320 3 *ad cer-*

tamen = certatim. 321 (Suppl.)] *pernae* 'glossam esse putabimus adscriptam ad vocem *coxae* explicandam' recte Matth. 302; eadem glossa in Libro gloss. (CGL V 186, 10) exstat. Num ea quae apud Vallam sequuntur ad 'Probum' redeant dubito. 322 (Suppl.)] (Liviam) Medullinam Claudii sponsam fuisse Suet. Claud. 26, 1 tradit, hinc fort. error scholiastae, qui hanc cum duabus Messalinis confundit (Strauch 55); Vallam ipsum adnotationem ad v. 434 (schol. π 2) huc traxisse suoque more amplificasse censet Steph. 35 adn. 2. Differentiam, quam Valla exhibet, ex Hugutione (Ioh. Ianuensi) affert Cramer ad l.; Hugutio exscripsit Papiam, qui 'commento Iuvenalis' se usum esse profitetur (cf. Goetz, 'Pap. u. s. Quellen', Monachiae 1903 p. 276; CGL I 181), id est scholiis recentioribus, quae cum schol. φ χ artissime cohaerent (v. CGL I 389; cf. adn. ad v. 343), in quibus tamen differentiam illam non inveni neque usquam alibi. Fort. igitur ab ipso Papiam excogitata est, unde (sive per Hugutionem sive per Ianuensem) Valla eam recepit; 'Probiana' sane origo suspectissima est. 322 4 sive = vel: cf. adn. ad I 129; at in proximo scholio pro *et* positum est, sicut ad VI 379: cf. SS. § 250 Add. (p. 677). 323 *doctrina* sc. *cri-sandi*, *cedentes* sc. *dominis*. 337] cf. schol. ad II 27. 329] lectionem *dormitat* codd. ω, quam etiam Prisc. GL II 404, 4 testatur, ex scholio π desumptam censet Knoche 14 idemque praefert *si dormit*, quod exhibet R, propter anaphoram 331 *si nihil est* et 332 *hic si quaeritur*, Leonem secutus. At in v. 331 *abstuleris* sine *si* scripsit poeta, et si cum ω facies, hoc invenies schema: a) *dormitat ad.*: *illa iubet*; b) *si nihil est*: *serv. incurritur*; a) *abstuleris sp. serv.*: *conveniet c. a.*; b) *hic si quaeritur . . .*: *mora nulla* etc., quod non fortuitum esse crediderim. Itaque sic rem explicare malim: in quodam codice litterae *at* ante *adulter* exciderunt, ut existeret *dormit adulter*, tum restituendi versus gratia insertum est *iam* et suprascriptum *si* interpretationis causa (cf. gl. φ ψ μ ad *abst.*: *deest 'si'*): unde nata codicis II lectio *si iam dormit adulter*, quam metri causa eiecto *iam* 'correxit' librarius codicis R, quem alibi quoque textui emendando operam dedisse videmus, cf. V 140 *facit ω*: *fagit* ut vid. π; *figit* male R; IV 144 *proceres exire ω*: *properes exhibere π*, *prop-* *adhibere* metri causa male R; IV 149 *praecipiti venisset ω*: *praecipiti iuvenis sed π*, *praecepit iuv. sed* metri causa male R; V 112 *face et esto ω*: *faciet esto π*, *facies esto* secundae personae formam desiderans male R; VI 138 *lampade fervet ω*: *lampadae* (vel *-de* *sscr. da*, cf. Q) *fert π*, *lampada defert* correcturam in exemplari temptatam secutus R, etc.; v. Praef. § 2. Non igitur fides habenda propriis codicis R lectionibus. Scholiastae autem in interpretatione versuum 329/30 verbo *dormitat*, quod in suo codice legit, *si* adiungendum fuisse consentaneum est. V. etiam

Housman, 'Class. Rev.' XL (1926) 170 sqq. *quemadmodum-cumque*] legitur ap. Lamprid., Alex. Sev. 49, 6. 339 *non . . . nec*] cf. adn. ad V 33. 343] v. PW. II Ser. III 213 sqq. Quae Papias exhibet *Sympinium* (hinc Vallae *sympin-*?) *genus poculi, quod et gabata dicitur*, ea ex schol. φ excerpta sunt, ubi legitur *Simpuvium genus est poculi . . . sicut et catinum quod proprie dicitur gabata* (Francogall. *jatte*). 343 2 *in quo . . . libare*] cf. adn. ad II 95, 1. 343 3 *ipsud*] sic codd. ad VII 83, 2; XII 111; cf. SS. 'Formenl.' § 203 c (p. 289). 345] cf. Brambach 'Orthogr.' 206 (adde Serv. ad Georg. II 30; III 278); v. etiam Thes. l. l. s. v. 'auriga'. De Vallae adnotatione v. Matth. 301; cf. etiam ad VI 631. 348 3] Leo Herm. XLIV 602 (cf. edit.) versus in scholio 3 allatos cum scholio 2 coniunxit et scholion, quod hoc modo effinxit, ex uberiore fonte excerptum esse contendit, neglecto et lemmate versibus praefixo et loco, ubi singulae partes illius ficti scholii in PQ scripta sunt et sine dubio in fonte II scripta erant. Atque lemmati non multum tribuendum esse concedo, quippe cum librarius codicis π , ut solebat, id ex ea parte versus Iuvenaliani deprompserit, cui adnotatio marginalis proxima erat (ergo versus illi in dextera codicis II margine iuxta vocem *uxor* adscripti erant, sicut scholia 1 et 2 in sinistra iuxta *custodes*, cf. lemma), eundemque librarium, qua erat socordia, versus illos pro proprio scholio habuisse consentaneum est. Tum unius eiusdemque scholii particulas in codice II saepius distributas fuisse in diversas margines exemplis facile potest comprobare (cf. ad VIII 6; 39; X 74, 2; XV 137). Sed ea quam Leo scholiastae imputat ratio afferendi poetae verba tamquam partem interpretationis ab illius consuetudine, si quid video, omnino abhorret. Qua de causa duae, opinor, explicationi viae patent: versus illi aut pro varia lectione aut supplementi instar adscripti erant, fortasse non demum in II, sed iam in eo codice, ex quo scholia in illum librum translata sunt. Non prorsus incredibile mihi videtur ab eo qui transtulit verba *in alio* (cf. VII 4, 1; IX 28; 39, 1; XVI 23, 1) esse omissa (praesertim si litteris *i a* indicata erant, cf. Heraeus in Lindsayi 'Palaeogr. Lat.' IV p. 6). Pro supplemento autem versus margini adpictos illum habuisse apparet, qui codicem R exaravit, quippe qui inter versus 346 et 347 (rectior erat locus inter 347 et 348) notas | - (= *h.*) et Σ adscripserit (= *hic scribendum? supplendum?* cf. de notis *h d* et *h l* Lindsay, 'Palaeogr. Lat.' III 30 sq.; 43 sq.; librarius cod. S verba scholii ad X 274 *atque — perdur.* in marg. suppleta notis $\overline{d\overline{d}}$ et $\overline{h\overline{h}}$ inserenda indicavit. De antiqua nota critica [Knoche 14 et 70] mea quidem sententia minime cogitandum est). Ceterum cf. Clauss 28, quem in adn. 2 de codd. P et S falsa proferre moneo. 351 1] cf. Don. ad Ter. Ad. 26 (c. adn.); 973; Andr. 226; PW.

XII 1096. 351 2] cf. adn. ad I 121; PW. XII 1074; 1084. 352 *et sic*] v. adn. ad I 155, 4. 359] unum scholion in duas partes disiectum esse intellexit Schulz. 362 *patrim. minuere non considerant*] quasi dixisset *non dubitant*, infinitivo activi usus est. *secum habent pro se h.*, aliunde mihi non notum. *tamquam si*] cf. adn. ad III 195. 365 (Suppl.)] adnotatio Vallae satis mira est, nam si ad verba *hic — non est respicias*, pro lemmate non vocem *reputant*, sed *non umquam rep.* expectabis. Iam cum omnes codd. Iuv. praeter P¹RU¹ *repetunt* pro *reputant* exhibeant (cf. autem gl. $\varphi\psi r.$] *recognoscunt* et schol. χ *quanto damno suo constet illis gaudium . . . non numquam considerant!*), veri dissimile non est de hac varietate lectionis olim actum fuisse (e. g. *Repetunt*] *in alio 'reputant'. sed etc.*). Tum nisi propter simile versuum 364 et 365 initium (*Nummus: Nonumq.*) casu vel socordia librarii v. 365, qui in omnibus nostris libris exstat, omissum esse sumimus, proximum est, ut 'Probi' adnotatio aliquid rationis habeat cum versibus illis, qui in O post v. 365 inserti leguntur. Inde possis conicere olim adnotatum fuisse ad v. 365, 1 *hi versus in quibusdam non sunt* (cf. 'Prob. ad IV 614 et 632); quae verba postquam una cum scholiis in librum, qui versibus illis carebat, transcripta essent, facile commutari potuerunt (cf. Don. ad Andr. 978, Eugr. ad 975). 375 *in amplitudine*] cf. SS. § 54 a Add. η (p. 438). 379 *sive = et*, cf. ad VI 322, 4. *in penem*] cf. schol. ad VI 73; de accus. cf. SS. § 131 Add. ζ (p. 538). 382 1] cf. Isid. Orig. XVI 8, 4. 386] Vallae adnotatio misere perturbata est: prior pars eiecto falso lemmate glossae π respondet, posterior sine dubio ad Vestam spectat; verba 'an Capit.' ex Iuv. v. 387 desumpta fort. pro lemmate addita erant. 387 2 *amatus*] cf. Gell. NA. XVI 19, 4. 387 3 *inde*] = *de illa pro illa*: cf. XII 92; SS. § 54 Add. η (p. 437 sq.) et § 87 (p. 491). 397] (Suppl.) hario-latur 'Probus'. 397 2 *aruspiciis doctior*] v. SS. § 50 Add. e (p. 428). 401 2] scholion, quod ex KD affert Knoche 44, ad φ pertinet, idem legitur in χ (U), sed hic praefixo lemmate *Strictis m.* et omisso *siccis* in fine (praeterea in VBU *extubescerent* legitur); lectio *strictis*, quam praebent LXY et U² in mg., item φ (VB) glossae *siccis: nudis* (sic μ ; etiam ψ *vel nudis!*) adiectam (*vel strictis*), aliquo modo cum scholio φ χ cohaerere videtur, cf. *mammae stringebantur* (sic UKXY = χ ; restr. φ); fort. ex scholio derivata est. Etiam glossator φ ψ μ *strictis* legit, siquidem *nudis* pro *nudatis* accipiendum est (cf. *gladium stringere vel nudare*). Haec omnia medium aevum redolent, ab antiquo commento abhorrent. Cf. etiam Cremer 60. 403 1] ineptiae geographicae noti generis (cf. V 86, 2; X 162). *Galliciarum*] v. adn. ad III 320. 405 *nom. sing.*] sc. 'dicet'. 407] cf. Cic. De nat. deor. II 14 'nostri cincinnatas vocant';

Adn. s. Lucan. I 529; Schol. Dan. ad Aen. X 272. 416 *ita = tum*, cf. *atque ita* II 57; X 173, quod ad temporalem vim prope accedit, sicut *et sic*; v. SS. § 258 Add. (p. 684). 418 *in oc- cursu et in visione* pro Iuven. *occurso . . . vultu!* 421] cf. Meier 13; PW. VII 2284. 423] *verba non cogit exclamare et non exclamat* eo ducunt, ut interpretes *nec pro ac legisse suspicer*. 434 1] cf. Matth. 275; Friedl. ad v. 445. 434 2] cf. adn. ad VI 322 (Suppl.). 443 *fieri] ferri* Buecheler, sed 'aeris' strepitu vel sono lunae laboranti succurrebatur, cf. Friedl. ad l. 444 *etiam et]* cf. adn. ad III 299. 447] cf. Wiss. 214. 455 2] cf. adn. ad III 207. 456 *suus]* cf. adn. ad V 115, 3. 457 1] cf. XIV 130, 1; Don. ad Andr. 205 c. adn. (adde Serv. ad Aen. II 247). 458 2] cf. adn. ad V 143. 459] cf. Ps. Cyr., CGL II 364, 59; Plin. NH IX 113; Dig. XXXIV 2, 32, 8; PW. XIV 1685. (Suppl.)] ad *verba quos et titulos appellabant* cf. *φ elenchus proprie vocatur titulus* (cf. Thes. gl. s. v. 'tit.') . . . *et quia pretiosi lapides et magni in loco notabili et nobili solent poni, ideo illos elenchos vocamus, et L alibi legitur 'elenchos contra sophisticos' id est titulos contra quaestionatores*. Sed haec antiquae originis esse veri simile non est. Fort. apud 'Probum' *titulos* legendum est. 462 3] cf. Plin. NH. XI 238. Partem huius scholii Valla ad v. 469 adscripsit, sed probabilius est scholiastam data occasione quae de Poppaea compererat uno loco protulisse. Verba *missam in exilio* addidisse videtur qui v. 469/70 de eadem Poppaea dictos opinabatur, etsi rectius illic adnotatur *si in exilium mittatur vel etsi ad ex. m.* sc. talis 'femina dives'; nam Poppaeam in exilium missam traditum non est (Matth. 21 adn. 1, qui tamen Reimari coniecturam *missam in solium* a Plinio pendentem iniuria felicem dicit). Neglegentia librarii scholio 462, 3 inculcata est adnotatio ad v. 463 olim, opinor, longiore illo scholio circumclusa. *quin- quaginta]* *quingentae* teste Plinio l. c. *decessit — percussa]* cf. Tac. Ann. XVI 6; Suet. Nero 35. *missam in exilio]* cf. adn. ad II 170, 1; 142, 2. 465] cf. Plin. NH. XIII 15. 466 *comparatur]* pro *emittitur* Iuv.; cf. adn. ad III 167. 468—470] cf. adn. ad v. 462, 3. 474 1 *indiscere]* ἄπ. λειγ. An *cond-?* 474 2] circumscribuntur a scholiasta verba poetae, unde conicias *operae pretium esse* pro alia locutione esse positum, sc. ea quam exhibent PWUOF (K schol.) *est pretium curae*, pro qua in aliis legitur *est operae pretium*, fort. ex glossa natum, sicut VI 490 *componit* in ω pro *disponit* in π (cf. schol. π 1; gl. ψ *disp.:* *comp.*), sim. 477 1] impugnat eam interpretationem, quam dant φ μ; itaque eam nosse videtur. 477 2-4] cf. III 240 et 245 c. adn. 480 1 *lorus]* cf. Heraeus SdP. 42. 480 2 *quaestionariis]* exstat ap. Hieron. in Ioel. 2, 21; Cod. Theod. XVI 12, 3. *sive (pro vel)]* cf. adn. ad I 129. 482 *auro-*

